

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULÆ ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTI-
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM
MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS
CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTI-
CAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO,
IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESES USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORUM.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLI CI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLE-
CTITUR, ET AD NOVE M ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM
TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EM-
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVE M VEL
PRO SEX FRANCIS OBTINEDIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XLIX.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNÈ EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862

412 20
P4
v. 49

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calamités auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions humaines ne sauraient mal corriger et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoit pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoit pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

M. algré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra rendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Comos grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des villes* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilège* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'enroulaient les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire universel*, aux *Décisions* de toutes les *Congrégations*, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

SÆCULUM V. ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM
EDITIONEꝝ CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONIIS,
NOTIS, VARIIS LECTIIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOGATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMI SECUNDI

PARS PRIOR.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMFOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE. NUNC VERO INTRA MœNIA PARISIENSIA.
1862

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XLIX CONTINENTUR.

Homiliæ XXI de Statuis ad populum Antiochenum habitæ.	Col. 15
Catecheses II ad illuminandos.	223
Homiliæ III de imbecillitate diaboli.	243
Homiliæ IX de Pœnitentia.	277
Sermones panegyrici in Solemnitates.	351

MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequituris S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum *columna ad columnam* accedit, in hæce nostra ejusdem S. Doctoris editione, *pagina Latina juxta Græcam paginam* tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quidecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

P. 160
ms

256352

ΥΠΑΡΧΕΙ ΟΡΘΟΓΡΑΦΗ

Præfatio

IN VIGINTI ET UNAM HOMILIAS

AD POPULUM ANTIOCHENUM DE STATUIS.



Inter ea quæ Joannis Chrysostomi tempore acciderunt, nihil memorabilius illa Antiochenorum seditione, qua, dejectis Theodosii Imperatoris et Flacillæ ejus uxoris statuis, iisdemque per urbem raptatis, Theodosium ita exacerbarunt, ut de urbe delenda sit cogitatum. Hæc fuit Chrysostomo nostro ad concionandi facultatem exercendam ampla materies. Antiochenis quippe inter spem et metum fluctuantibus, dum repentini casus novam inexpectatamque quotidie vel sperandi, vel timendi causam offerrent, imparatus fere semper Chrysostomus, prout res sese dabant, stylum vertere coactus, ex tempore illas admiratione certe dignas homilias pronuntiabat: modo ut in calamitate versantem populum consolaretur; modo ut fractos periculi magnitudine animos confirmaret; tum præcipue ut occasione imminentium malorum Antiochenos ad vitia corrigenda, eluendaque crimina, quæ tantam Dei iram accenderant, monitorum frequentia deduceret: qui certe conatus Chrysostomo cessit ex voto, ut ille alicubi fatetur.

Tantæ vero seditionis causa fuit, teste Zosimo, nimia tributorum, quæ quotidie nova excogitabantur, exactio, sive pro celebritate quinti initi ab Arcadio anni, ex quo Augustus promulgatus fuerat, et decimi anni Theodosii Imperatoris qui anno 388 incipiebat, sive pro apparatu belli contra Maximum tyrannum, sive pro ambabus aliisque etiam publicis necessitatibus. Tributi onere perculti Antiocheni cives Præfectum adeunt, ii scilicet qui urbanioris notæ erant, et lacrymantes vectigal indictum nimium queruntur: Dei opem implorant. Deindeque circumforaneorum et exterorum hominum ex infima plebe turba, commotis animis, in facinora erumpunt: primo in publico balneo omnia sus deque ponunt; hinc Præfecti domum adeunt, cancellos januasque invadunt; vixque coerciti alio furorem convertunt, depictasque Imperatorum tabellas lapidibus impetunt, sædant et labefactant; ipsosque Augustos maledictis et conviciis onerant: demum Imperatoris Theodosii Flacillæque ejus uxoris jam defunctæ statuas dejiciunt, et per vicos urbis raptant; jamque plura inferre damna cœperant, cum immissa a Præfecto sagittariorum manu coerciti sunt. Sic extincta seditione, furori timor successit, atque imminentis pœnæ expectatio onerosi impositi vectigalis oblivionem induxit. Quid inde sit consequentum infra narrabitur in recensione Homiliarum. Jam de anno seditionis, quo hæ sunt habitæ homiliæ, aliquid dicendum.

Missa Sozomeni et Theodoretii narratione, ex quibus post bellum contra Maximum hæc seditio et conciones secundum illam habitæ statuendæ essent: ex notis temporis longe certioribus, ante bellum contra Maximum hæc accidisse jam probarunt viri docti et pluribus asseruit Tillemontius in nota 27 ad Vitam Theodosii Imperatoris. Validissimum porro adversus priorem illam sententiam eruitur argumentum ex ipsis Chrysostomi verbis, qui homilia decima sexta, numero 2, testificatur hunc annum secundum esse ex quo concionari cœperat: cœpit autem cum primum presbyter ordinatus fuit anno vertente 385, vel ineunte 386. Quamobrem vel in annum 388 hæ conciones conferendæ sunt, aut potius in 387. Pro priore sententia stat Baronius, et post eum Petavius et Henricus Valesius, qui ideo in annum 388 eas conjiciunt, quia illo anno incipiebat decimus imperii Theodosii, ad cujus celebritatem inductum fuit tributum supra memoratum: quod autem ex Libanio affertur ad illam tuendam sententiam, intricatum omnino est, et ad utramvis sententiam potest detorqueri. Certiorem porro his omnibus notam eruimus ex eo, quod Theodosius Imperator certissime Constantinopoli esset per hiemem et Quadragesimam anni 387, quo etiam anno seditionem contigisse oportet: nam tempore seditionis etiam Constantinopoli certissime degebat; contra autem anno sequenti hac ipsa tempestate Thessalonicæ Imperator versabatur. Quod vero contra affertur ex celebratione anni decimi Theodosii, qui anno 388 incipiebat, illud, inquam, nihili est, cum certum sit ex Fastis Idatii et Marcellini, ipsum anni decimi Imperii sui celebritatem uno anno prævenisse, ut cum filio suo Arcadio, qui annum quintum Imperii in 387 inibat, una decimum celebraret, quemadmodum et Maximianus Herculeus, cum annum decimum octavum tantum Imperii ageret, una cum Diocletiano, qui vigesimum agebat, vigesimum celebravit. De hac re autem pluribus in Vita sancti Joannis Chrysostomi.

Alia vero non minor oboritur difficultas, de qua jam in Monito ad homilias contra Ju-

dæos actum est: nimirum in concione quadam contra Judæos, mense Septembri anni 386 habita, Chrysostomus objurgans Antiochenorum Christianorum bene multos, qui cum Judæis, sive tempore a Judæis observato jejunabant, et pascha celebrabant: *Ecce namque, inquit, primus dies Azymorum hoc anno in Dominicam diem incidit, et omnino necesse est ut tota hebdomada jejunemus. et cum passio præterierit; et crux advenerit, et resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sepe post hæc istud accidit, ut post crucem, post resurrectionem, hebdomada nondum absoluta, jejunium observemus.* Ex his porro dictis liquet Christianos illos, qui in jejunio servando et in paschate celebrando judaizabant, aliquando jejunavisse cum alii Christiani pascha celebrarent, aliquando secus: jejunabant scilicet in die resurrectionis, quando Judæi tardius quam cæteri Christianorum pascha celebrabant; non jejunabant vero, quando Judæi citius quam Christiani idem festum agebant. In concione vero Chrysostomi supra memorata et mense circiter Septembri anni 386 habita, agitur haud dubie de Quadragesima et de Paschate anni 387. Eo autem anno, secundum tabulas paschales, incidebat pascha in 25 Aprilis, nempe quam tardissime potest occurrere: quomodo ergo poterant judaizantes illi Christiani hoc anno in paschate jejunare, et pascha tardius celebrare, cum pascha non possit tardius occurrere quam 25 Aprilis, qua die cæteri Christiani non judaizantes hoc anno pascha celebrabant, si quidem tabulis paschalibus standum fuerit? Ingens sane difficultas, sed quæ tamen, ipso fatente Tillemontio, notas temporis quibus homiliam illam contra Judæos in mensem Septembrem anni 386 conferimus, non possit evertere. Etenim, ut diximus in eodem Monito in Homiliis contra Judæos, utrum semper Antiocheni invariabili lege Alexandrinorum circa pascha Domini calculum sequuti sint, id sane non usque adeo nobis compertum est: atque etiamsi semper sequuti sint, an affirmare possumus numquam errorem in calculum incidisse? Certe fatentur viri calculorum paschalium peritissimi, quos adii, errorem interdum in calculis hujusmodi contingere, nec multis abhinc annis contigisse, neque tutum semper esse notas paschales aliis quibuscumque temporum notis antepone.

Tillemontius tamen, qui difficultatem hujusmodi in notis ad Vitam Chrysostomi, ubi agitur de Homiliis contra Judæos, animadvertit et excussit, nullam ejus mentionem fecit in notis ad Vitam Theodosii Imperatoris: ubi homilias hasce Chrysostomi ad populum Antiochenum ita ordinat ac si pascha, ut ferunt paschales tabulæ, incidit in vigesimam quintam Aprilis; primam igitur homiliam paulo ante seditionem locat; seditionem vero vigesima sexta Februarii, decem diebus ante Quadragesimam, quæ Antiochiæ incipiebat feria secunda Quinquagesimæ nostræ, illo anno in 8 Martii cadente. Secundam homiliam vel feria quinta vel sabbato ante Quadragesimam 6 Martii, octavo post seditionem die. Tertiam Dominica sequente 7 Martii, vel circiter. Quartam feria secunda sequente 8 Martii. Quintam feria tertia 9 Martii. Sextam feria quarta circiter, seu 10 Martii. Septimam feria quinta 11 Martii. Octavam feria sexta 12 Martii. Nonam feria secunda hebdomadæ secundæ Quadragesimæ 15 Martii. Decimam paucis elapsis postea diebus. Undecimam utpote transpositam, feria secunda quartæ hebdomadæ Quadragesimæ 29 Martii. Duodecimam feria tertia sequente 30 Martii. Decimam tertiam feria quarta sequente 31 Martii. Decimam quartam paulo post eam quæ decima octava numeratur, quæque habita fuit Dominica quinta Quadragesimæ 5 Aprilis. Decimam quintam sabbato secundæ hebdomadæ Quadragesimæ, seu 20 Martii. Decimam sextam Dominica tertia Quadragesimæ 21 Martii. Decimam septimam circa finem hebdomadæ quartæ Quadragesimæ. Decimam octavam Dominica quinta Aprilis vel circiter. Decimam nonam post decimam quartam 11 circiter Aprilis. Vigessimam die paschate 25 Aprilis. Vigessimam primam eodem circiter tempore quo vigesimam secundam sequentem, quæ habita est feria sexta post Dominicam Passionis 16 Aprilis. Sic perturbatum harumce homiliarum ordinem summa accuratatione restituere conatur Tillemontius: cui ut in multis adstipulamur, in aliis repugnare cogimur. Ordinem porro homiliarum qualem ille statuit hic uno conspectu repræsentamus.

TILLEM.	EDIT. FRONT.	TILLEM.	EDIT. FRONT.
1.	Prima.	12.	Decima sexta.
2.	Secunda.	13.	Undecima.
3.	Tertia.	14.	Duodecima.
4.	Quarta.	15.	Decima tertia.
5.	Quinta.	16.	Decima septima.
6.	Sexta.	17.	Decima octava.
7.	Septima.	18.	Decima quarta.
8.	Octava.	19.	Decima nona.
9.	Nona.	20.	Vigesima secunda.
10.	Decima.	21.	Vigesima prima.
11.	Decima quinta.	22.	Vigesima.

Antequam vero de singulis homiliis disseramus, ac de cujusque tum ordine tum argumento pauca dicamus, e re fuerit annotare, ex titulo homiliæ quæ olim vigesima secunda, jam vero vigesima numeratur, qui titulus in notis Frontonis et in Mss. nostris habet, hanc homiliam pronuntiatam fuisse decem diebus ante pascha, itemque ex his verbis ante finem ho-

miliæ, *Jam quadraginta dies præterierunt*, probe Tillemontium inferre Quadragesimam apud Antiochenos cæpisse feria secunda post Quinquagesimam, septemque hebdomadibus apud illos totam Quadragesimam persolvi, jureque hanc homiliam ille in feriam sextam Quadragesimæ confert: erat quippe illa dies et Quadragesima ab inchoato jejunio, et decima ante pascha. Hinc pro asserto habemus Quadragesimam, quæ aliquot in Ecclesiis variis limitibus circumscribatur, per septem hebdomadas Antiochiæ observatam fuisse.

Cum porro, memoratis supra de causis, paschales tabulas hodiernas, quæ pascha anni 387 in diem 25 Aprilis conferunt, suspectas habeamus saltem pro Ecclesiæ Antiochenæ usu, neque exploratum nobis sit qua die Antiocheni hoc anno 387 pascha celebraverint, a die mensis in recensione homiliarum commemorando abstinemus, satisque habebimus indicasse, quando id licebit, qua die hebdomadis homiliæ dictæ fuerint.

Prima itaque homilia habita est paucis ante seditionem Antiochenam diebus, ut ex his secundæ homiliæ, num. 3, verbis eruitur: *Longam nuper apud charitatem vestram concionem extendi... et laborum mercedem accepi... Quæ vero merces erat? Civitatis blasphematores punire, et castigare Deum contumelia afficientes, et furiosos cohibere.* Hæc proculdubio spectant ad primam homiliam, camque longissimam, de sanctorum ærumnis, deque Dei providentia erga electos suos, qui in hac vita cruciantur, ubi demum hæc observatu certe digna profert: *Sed postquam de blasphemia nobis verba facta nunc sunt, unam a vobis omnibus petere volo retributionem pro concione hac atque sermone, ut in civitate blasphemantes mihi castigetis; si quempiam in bivio et foro in Deum blasphemantem audieris, accede, increpa: et si verbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percutite, contere os ipsius, percussione manuum tuam sanctifica.* Qui sane corrigendi modus non esset ad usum hodiernum accommodatus.

Secundam homiliam confert Tillemontius vel in feriam quintam, vel in sabbatum ante Quadragesimam: tutius vero dicatur his circiter diebus habitam fuisse, septem exactis, ut ipse Chrysostomus ait, a seditione diebus: quibus se tacuisse dicit, quod ingenti calamitate, et periculi mole consternati Antiocheni, non essent audiendis concionibus idonei; ob neglectam porro fratrum blasphemantium emendationem hæc mala divinitus dicit immissa, quorum postquam imaginem eleganter descripsit, de divitiis, de divitiarum usu, deque elemosyna et de paupertate pluribus concionatus, orationem claudit.

Tertia homilia secundam a vestigio sequitur; illam vero habitam putamus cum Tillemontio Dominica Quinquagesimæ, ut hodierno more loquamur. Agitur de profectu Flaviani Antiocheni episcopi Constantinopolin ad Imperatorem placandum, et rei bene gerendæ spe populam consolatur Chrysostomus: pluribus deinde commonstrat jejunii, nisi a vitiiis abstinereatur, utilitatem esse nullam: postquam vero de detractione vitanda pauca dixerat, calamitatem præsentem deplorat, et intolerantius sævitum esse narrat: *Hi quidem ferro, inquit, illi igne, quidam bestis traditi perierunt, non viri tantum, sed et pueri: nec ætatis immaturitas, nec populi tumultus, nec quod furore diabolico perciti quidam hæc fecerint, nec quod exactio intolerabilis esset, non paupertas, non quod commune peccatum fuerit, non quod promiserint nunquam se amplius talia ausuros, non aliud quidpiam ipsos eripuit: sed absque venia ad barathrum adducebantur, militibus armatis utrimque ipsos agentibus et observantibus ne quis reos eriperet; et sequebantur matres, procul quidem filios conspicientes abstractos, sed de calamitate conqueri non audentes. Affectum enim vincebat formido, et naturam superabat metus.* Hæc omnia illata sunt Antiochenis mala a Præfectis seu magistratibus, antequam Theodosius de seditione quidpiam audisset, ut ait ibidem Chrysostomus. Orationem porro claudit monens ut a detractione, ab inimicitiiis et a juramentis abstineant.

Homilia quarta, feria secunda, quæ erat initium Quadragesimæ, ut videtur habita, bona ex calamitate parta describit, mutatos dicit, et a pristinis moribus reductos Antiochenos. In fine vero ea ipsa monita, quæ in præcedenti se dedisse commemorat, iterum repetit; nimirum de vitandis detractionibus, inimicitiiis et juramentis. Ait vero num. 6 se per hanc hebdomadem de juramentis dicturum esse.

Homilia quinta die sequenti, ut initio dicit Chrysostomus, id est feria tertia, pronuntiata est. In ea ærumnosos de more Antiochenos consolatur Chrysostomus, et ad mortis desperationem cohortatur. Et in fine de juramentis vitandis agit num. 7, ac præcedentium sequentiumque homiliarum aliquem indicat ordinem his verbis: *Primum igitur ei persuadeamus, ut a juramentorum fuga mutationem incipiat, etsi enim et nudius tertius de hac vobis loquutus sum materia, neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perendie, eadem monere.*

Homilia sexta, feria quarta primæ hebdomadis habita, consolationem afflictis impertit, bonam rerum mutationem sperare jubet: moras nuntiis, qui seditionem Antiochenam Imperatori narraturi erant, a Deo immissas dicit, et inde spem bonam auditoribus affert, et de venia a Flaviano episcopo impetranda fiduciam habere jubet: ac postquam de morte novitanda disseruit, adversus juramenta pro more loquitur.

Homilia septima die sequenti, ut multis ex notis liquidum est, habita: *Etenim quintam diem, inquit Chrysostomus, agimus vestram consolantes charitatem.* Quinta porro dies hæc numeratur incipiendo a Dominica, ita ut de quinta hebdomadis die loquatur. Agitur hic de primis Genesios verbis, *In principio fecit Deus cælum et terram*, diciturque Deum non modo cum castigat, sed etiam cum benefacit bonum esse, et a juramentis vitandis clauditur oratio.

Homiliam octavam putat Tillemontius die septimam homiliam sequente, id est feriam sextam

dictam fuisse. Verum reclamatur Chrysostomus, qui testificatur initio se *nuper*, non *heri*, in illud : *In principio fecit Deus calum et terram*, verba fecisse, quod haud dubie ad homiliam septimam pertinet. Itaque est illa in sabbatum conferenda, quod etiam nobis suadent hæc verba statim post initium, *Ad finem nobis devenit hebdomas*. Argumentum homiliæ ducit ab his verbis : *Deambulabat Deus in paradiso in meridie*. Hinc pavidos formidolososque semper esse impios, pios autem fiducia plenos dicit. Demum pro consuetudine de juramentis vitandis agit, sextumque jam diem ait esse quo de servanda hujusmodi lege admonet.

Homiliam nonam in feriam secundam secundæ hebdomadis Quadragesimæ probabiliter conjicit Tillemontius. Hac de re vero nulla comparet nota qua aut certum aut verisimile quidpiam statuamus. Habita autem fuit hæc concio post silentium unius vel plurium dierum, ut initio diserte ait Chrysostomus : contra quam opinatur Tillemontius, qui cum octavam in feriam sextam conjiciat, et nonam in feriam secundam hebdomadis sequentis, ait in Vita Chrysostomi, art. 15, interpositas sabbati et Dominicæ dies fuisse haud dubie Chrysostomi concionibus insignitas, quæ conciones jam amissæ fuerint. Populum autem Antiochenum laudat initio Chrysostomus, quod monitis suis obtemperantes de abigenda juramentorum consuetudine curarent. In hæc item verba, *Cæli enarrant gloriam Dei*, multa dicit, et Dei providentiam in rerum naturalium ordine atque concentu prædicat : demumque claudit orationem monendo ut a juramentis absteineatur.

Homilia decima non die nonam insequente habita fuit, licet idem prosequatur argumentum, ut voce *nuper* indicatur. Auditoribus autem gratulatur Chrysostomus quod monitis suis obtemperaverint. Longe præstare ait verbum Dei audire quam jejuna : probat deinde mundum sine Dei providentia stare non posse. Desinitque demum cohortando ut a juramentis absteineatur.

Homiliam undecimam putat Tillemontius habitam fuisse post eam quæ decima quinta inscribitur infra, necnon post sequentem decimam sextam : hoc autem ratiocinio utitur ille : In ea, inquit, homilia, de periculis et ærumnis quibus jam functa civitas Antiochena erat, agit, quæ post adventum Hellebichi et Cæsarii accidisse videntur. Ille autem adventus Hellebichi et Cæsarii in decimæ septimæ homiliæ titulo, longe post undecimam, de qua nunc agimus, memoratur. Hoc fultus argumento Tillemontius, non modo decimam quintam, sed etiam decimam sextam ante undecimam locandam esse putat. At, præterquam quod omnes prorsus Manuscripti eundem quem Editi ordinem servant, ea omnia quæ tunc temporis acciderunt pericula, terrores, minas, non sat accurate novimus, ut ex hujusmodi ratiocinio aliquid in ordine mutandum censeamus. Multa dixit Chrysostomus, forteque multo plura tacuit. Quamobrem donec quid certius emergat, prisco ordini standum putamus. In hac igitur homilia principio gratias agit Chrysostomus, quod civitas ab immisso terrore respiraverit ; ex injectis quippe suspicionibus perterriti quam plurimi aufugerant ; hoc calamitatis et terroris tempore aliquot diebus tacuit Chrysostomus, ut ipse ait. Hanc vero homiliam conjicit Tillemontius in feriam secundam quartæ hebdomadis Quadragesimæ, et quidem optime, ut ad homiliam decimam tertiam dicemus. Agitur præcipue in hac homilia de Dei sapientia in hominis constitutione, et in fine de vitando juramento.

Duodecimam item et decimam tertiam, post decimam quintam et decimam sextam eadem qua supra de causa rejicit Tillemontius. At nescio quo pacto intelligat illud in hac homilia duodecima n. 2 : *Tribus igitur præteritis diebus unum cognitionis Dei modum quærebamus, ipsamque in finem deduximus, interpretantes, quomodo Cæli enarrant gloriam Dei : et quale sit Pauli dictum, Invisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur : et demonstravimus quomodo a creatura mundi, et quomodo per calum et terram et mare Creator glorificetur. Hodie vero, etc.* Hic seriem trium homiliarum clare affert Chrysostomus, quo ordine habitæ fuerant ante duodecimam : nempe nonæ, decimæ et undecimæ. In nona num. 2 argumentum orationis ponit hoc Pauli dictum, *Invisibilia ipsius*, etc., et illud Psalmorum, *Cæli enarrant gloriam Dei* : in decima item num. 2 se hoc ipsum argumentum persequi declarat : in undecima quoque num. 2 se eidem argumento insistere testificatur. Annon Chrysostomi dictis vim infert Tillemontius, cum decimam inter et undecimam vult interseri decimam quintam et decimam sextam ? Id autem ille subdubitando tantum proponit in nota 29 ad Theodosium Imperatorem n. 10, 11 et seqq., faleturque eum, quem nos statuimus, ordinem clare a Chrysostomo indicari, sed nescio quo pacto ab eodem ipso ordine postea discedat. Cæterum cum dicit Chrysostomus, *tribus præteritis diebus*, non intelligitur de tribus diebus consequentibus, sed de tribus postremis diebus, quibus ante concionatus erat. In hac item homilia 12, quæ habita fuit feria tertia quartæ hebdomadis, eidem insistit hypothesis, de sapientia Dei in mundi opificio ; postea agit de jure naturali, cujus cognitionem Deus homini indidit, deque juramento vitando.

Decimam tertiam homiliam dixit postridie duodecimam. Principioque gratias agit Deo de mutata rerum facie, sublatoque metu, qui tantus fuerat, ut *civitatis*, inquit, *major pars præ timore et dominatione illa ad desertam et fauces montium et occulta locorum transmigraverit*. Hinc de multis ad tribunal adductis, de horribili habita verberum et flagellorum quæstione, de aliis ad supplicium raptatis, de matre et sorore cujusdam, de quo intus judicabatur, ad vestibulum in pulvere volutatis. Hæc pathetice describit Chrysostomus, quæ paucis ante diebus, scilicet antequam undecimam concionem haberet, gesta fuerant. Cæterum quod initio habet Chrysostomus : *Qualem feriam quartam præteritam vidimus, et qualem præsentem vide-*

mus (a)? Quo declaratur quarta feria habitam homiliam fuisse, et quidem quartæ hebdomadis Quadragesimæ, aut fortasse tertię, secundum alium numerandi modum. A multis quippe jam sæculis Græci primam jejuniorum Dominicam et hebdomadem vocant eam, quam nos primam Quadragesimæ vocamus. Hic vero de nomine tantum est quæstio. Hujus autem hebdomadis quarta die habitam homiliam, et ex serie homiliarum et ex Chrysostomi silentio aliquot dierum inter homilias decimam et undecimam palam esse videtur. In hac porro homilia, præmissis bene multis de calamitate illa Antiochena, ad pristinum de hominis opificio argumentum descendit, et cohortando de more ad juramenta vitanda, orationem claudit.

Decimam quartam Tillemontius locandam putat post decimam octavam, hac permotus ratione: Initio ait Chrysostomus: *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit, sed et Deus nos iterum non parum consolatus est.* Hæc verba, inquit, adventum Hellebichi, et nuntium jam Constantinopoli advenisse significant. Verum hæc hariolando dicuntur. Quot suspiciones et terrores immissos putas Antiochenis dum animi penderent, et quorsum tam infausta res evasura esset ignorarent? De iis vero terroribus rumoribusque ratiocinari quomodo possumus, qui eorum haud dubie maximam partem ignoramus, et, si qua novimus, ita obscure percipimus, ut vix inde quampiam temporis notam expiscari possimus. Hæc homilia ferme tota est de vitando juramento.

Decimam quintam homiliam vult Tillemontius habitam fuisse inter decimam et undecimam, tum ob causas supra ad undecimam memoratas, quia Chrysostomus initio sic habet: *Oportebat et hodie, et superiore sabbato, de jejuniis movere sermonem.* Ubi superiore, quasi esset primo, de primo sabbato Quadragesimæ, subdubitando tamen, intelligit; sed nos, ut et Bernardus Brixianus, de superiore, sive de præcedente intelligimus: atque nullam aliam interponi posse homiliam inter decimam et undecimam jam superius probavimus. Occasione metus, quo affecti Constantinopolitani erant, multa dicit de bono timoris, et in fine contra jurandi ab aliisque juramentum exigendi consuetudinem concionatur.

Decima sexta tunc habita fuit, cum sparso quodam falso futuræ populationis rumore, omnes de fuga deliberabant. Hanc etiam loco movere conatur Tillemontius, et inter decimam et undecimam locare, quod tamen, ut ad duodecimam diximus, admitti nequit. His porro nittitur Chrysostomi verbis Tillemontius: n. 6 ait S. doctor, *Secundam jejunii septimanam præterivimus.* Duas ergo jejunii hebdomadas tantum præterivisse infert, atque ideo hanc loco movendam esse statuit Tillemontius, qui illam putat habitam Dominica tertia Quadragesimæ, pro prima Dominica numerando eam quæ primam jejunii diem præcedebat, quam Quinquagesimæ Dominicam vocamus. Quid vero si tunc temporis Antiochiæ prima Dominica Quadragesimæ vocabatur ea quæ, more hodierno, intra jejunium prima occurrit? nam jejunium incipiebat feria secunda post Quinquagesimam, ut nunc incipit feria quarta, poterantque illam hebdomadam Antiocheni non numerare pro prima Quadragesimæ, ut nos non numeramus: illoque modo una hebdomade tardius hæc homilia habita fuerit, Dominica scilicet tertia hodierno more sumpta. Sed tunc etiam magna superesset difficultas: nam hæc homilia decimam tertiam et sequentes præcessisset. Certè hæc omnia salebris sunt plena, ut ipse fatetur Tillemontius, qui non semel aliquam amplexus sententiam ab ea desistere cogitur. Usus fortasse et tractatio diuturna aliquam in re tam obscurâ afferent notitiam, qua possimus in Vita Chrysostomi in fine operum adornanda hæc accuratius et clarius statuere. Quapropter rem dubiam relinquere consulto statuimus. Id unum tantum contendimus, non posse hanc homiliam inter decimam et undecimam locari, memoratis supra de causis. Præmissis quibusdam de timiditate Antiochenorum deque juramento vitando, argumentum homiliæ mutuatur Chrysostomus ex his Pauli verbis: *Paulus vincus Jesu Christi, et Timotheus frater, Paulumque gloriosorem ex vinculis demonstrat, quam ex virtute miraculorum.*

Decima septima habita est postquam Ellebichus seu Hellebichus, Magister militum, et Cæsarius, Magister, ab Imperatore missi perquisitum de seditione, Antiochiam advenerant. Hellebichus hic, Magister equitum peditumve, alibi memoratus occurrit, et justitiæ clementiæque laude celebris erat: Cæsarius etiam, Magister officiorum alibi dictus, pari gaudebat probitatis fama. Pronuntiata autem fuit hæc homilia cum Antiocheni pene a metu liberi essent. *Innumera*, ait num. 1 Chrysostomus, *expectavimus mala, omnium facultates direptum iri, habitacula cum habitantibus comburenda, civitatem medio tollendam ex orbe, et ipsius reliquias omnes perituras, aratrum ipsius terram suscepturam: sed ecce hæc omnia intra expectationem tantum steterunt, et in opus non processerunt.* Sub hæc narratur quomodo monachi ex montibus Antiochiam descenderint, ut iudices placarent, dum interim philosophi omnes Græci urbem desererent; quo pacto etiam sacerdotes in gratiam populi strenue rem gesserint. Pœnas ab Imperatore demum irrogatas leves tolerabilesque ait, neque dolendum si orchestram et balnea occluserit, ac Metropoleos dignitatem ab urbe Antiochia sustulerit. Veram Antiochiæ dignitatem esse, quod in ea discipuli Christi primum Christiani sint vocati; quod Antiocheni sanctis Jerosolymitanis fame laborantibus opem tulerint. Non magnitudinem, sed pietatem urbes exornare. In fine vero ait, alios adhuc in carcere degere, alios in exilium mittendos esse. Hanc homiliam Tillemontius confert in hebdomadem quartam Quadragesimæ post feriam quartam; sed ex conjectura tantum.

Decima octava homilia post dimidium jejunii dicta fuit, ut ait initio Chrysostomus. Pu-

(a) Bernardus Brixianus habet: *Quale præteritum vidimus quadriiduum, et ovale nunc videmus præsens.* Vox autem graeca, quam tradidit per, *quadriiduum*, stylo ecclesiastico, a tempore usque Clementis Alexandrini, significat feriam quartam hebdomadae.

tat vero Tillemontius eam in Dominicam quintam Quadragesimæ probabiliter conjici posse. Agitur porro de vera jejunandi ratione, de divitiarum contemptu, de tristitia secundum Deum, etc.

Decima nona homilia habita est, ut titulus habet, *Dominica servata*. Apud Cappadoces *servatam* Ascensionem Domini ait Allatius, Libro de Dominicis et hebdomadibus Græcorum, qui ibidem addit Dominicam *servatæ* esse quintam post pascha, eam scilicet quæ præcedit ascensionem Domini. Savilius autem ait esse Dominicam in albis, nescio unde id expiscatus. At non dubium videtur, esse illam aliquam ex Dominicis postremis Quadragesimæ, seu, ut putat Tillemontius, Dominicam Passionis, cui ego potius adstipuler. Chrysostomus, qui aliquanto tempore morbo detentus fuerat, postquam de festo Martyrum quod Antiochiæ celebratum fuerat, et de adventu rusticorum quædam præmisit, contra juramenta de more loquitur, eorumque perniciem multis commonstrat exemplis.

Hactenus in homiliarum numero et ordine Savilii et Frontonis Ducæi editiones sequuti sumus. Deinceps vero secus. Nam vigesima sequens in prius Editis est procul dubio vigesima prima et ultima de Statuis. Vigesima autem prima est catechesis, quam post alteram catechesin quæ prima inscribatur, secundam posuimus, ut dicimus in Monito, in fine homiliarum de Statuis, et in fronte catechesium posito: hæc quippe catechesis extra seriem homiliarum de Statuis omnino ponenda erat. Homilia autem in prius Editis vigesima secunda est sine dubio vigesima, quæ habita fuit decem diebus ante pascha. Itaque hoc ordine procedimus.

Vigesima

SANCTI PATRIS NOSTRI JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA.

—
HOMILIÆ XXI DE STATUIS

AD POPULUM ANTIOCHENUM HABITÆ.

—
HOMILIA PRIMA, ANTIOCHIÆ HABITA IN PALÆA SEU VETERI ECCLESIA, CUM ADHUC PRESBYTER ESSET, IN ILLUD APOSTOLI: VINO MODICO UTERE PROPTER STOMACHUM TUUM ET FREQUENTES INFIRMITATES TUAS (1. Tim. 5. 23).

1. Audistis apostolicam vocem, tubam cælestem, tyram spiritualem? Etenim tanquam tuba terribile

(a) Novem codices contulimus, quinque nempe Regios et quatuor Colbertinos: prætereaque Frontonis Ducæi et Savilii lectiones consulimus. Colbertinus unus numero 2715 hunc titulum habet: *Chrysostomi Homilia habita Antiochiæ*

canens et bellicum, hostes quidem consternat, lapsos autem suorum erigit animos, et multa implens fidu-

in Palæa ecclesia, cum adhuc presbyter esset, in illud Apostoli: «Vino modico utere propter stomachum tuum,» etc., et in eos qui justorum afflictionibus peccatorumque felicitate scandalizantur, et adversus eos qui audent blasphemare.

Vigesima homilia hæc habet in titulo, secundum codices a Frontone Ducæo memoratos, similiterque in aliquot nostris, et nominatim in Reg. 1971 : *Dicta est decem diebus ante sanctam et vivificam Domini Jesu Christi resurrectionem ex mortuis*. Hoc utique optime quadrat ad dictum illud Chrysostomi paulo ante finem homiliæ : *Quadragesima dies præterierunt*. Habita ergo fuerat hæc concio feria sexta post Dominicam, quam Passionis vocamus. Hæc quippe dies erat quadragesima, incipiendo a feria secunda post Quinquagesimam, quæ erat initium Quadragesimæ: erat item decima ante pascha, ipsum pascha annumerando. Est autem hæc homilia ferme tota contra similitudinem et injuriarum memoriam, et in fine pro more solito contra juramenta.

Vigesima prima homilia, quæ est ultima de Statuis, ipso die resurrectionis Domini habita videtur, ex iis quæ sub initium dicuntur, et post reditum Flaviani episcopi; cujus profectus ad Imperatorem, oratio ad eundem pro salute civitatis suæ, responsio item Imperatoris lenitatis plena, qua veniam civibus concessit, hæc, inquam, omnia per totam concionem referuntur a Chrysostomo. Ad usque autem reditum Flaviani inter spem et metum fluctuabant Antiocheni, qui quotidianis rumoribus terrebantur, ut ait Chrysostomus paulo post initium.

Interpretatio Latina est Bernardi Brixiani, una excepta homilia, nempe vigesima, quam interpretatus est Petrus Nannius; utriusque autem interpretationes multis in locis castigavimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΟΜΙΛΙΑΙ ΚΑ'

ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ΔΕΧΘΕΙΣΑΙ.

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος, ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ, εἰς τὸ βῆθρον τοῦ Ἀποστόλου, Οἶνον ὀλίγον χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.*

[1] α'. Ἡκούσατε τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς, τῆς σάλπιγγος τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, τῆς λύρας τῆς πνευματικῆς; Καὶ

γάρως σάλπιγγος φοβερὸν ἤχουσα καὶ πολεμικὸν, καταπλήττει τε τοὺς ἐχθρούς, καὶ διανίστησι β τῶν οἰκείων τὰ πεπω-

* Colbertinus cod. numero 2715 hunc titulum habet: Τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ βῆθρον τὸ ἀποστολικόν, « Οἶνον ὀλίγον χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, » καὶ τὰ ἕξ, καὶ πρὸς τοὺς σπανιζομένους ἐπὶ ταῖς δυσημερίαις τῶν

δικαίων καὶ ταῖς τῶν ἀμαρτωλῶν εὐημερίαις, καὶ κατὰ τῶν τολμώντων βλασφημείν. Ex hoc titulo verba ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ sumpsimus.

β Duo codd. καταπλήττει μὲν τοὺς ἐχθρούς, διανίστησι δέ. * Paginae intelligentie editionis Benedictinæ.

ζ'. Ὅτι δὲ καὶ εἰς τὸ δειχθῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχὺν τὰ μεγάλα τοῦτο αὐτὸ συντελεῖ, καὶ τοῦτε ἀκουσον παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου, τοῦτο πρότερον εἰρηκότας. Ἴνα γὰρ μὴ λέγης, ὅ τι οἱ ἄπιστοι νομίζουσιν, τὸν θεὸν τὸν πάντα συγχωροῦντα ἀσθενῆ τινα εἶναι, καὶ μὴ δυναμένον ἐξερπάσαι τῶν κινδύνων τοὺς ἑαυτοῦ, συγχωρεῖν αὐτοὺς κακοῦσθαι συνεχῶς. Καὶ τοῦτο σκόπει, πῶς διὰ τούτων

ὁ Savil. et alii ἀποστ., πάντως ἂν... εἶναι ἕτερον μ.
 ὁ Alii ζήλωσον Παῦλον, καὶ ζήλωσον.

freqventes tentationes demonstrasset, intulit : *Propter quod ter Dominum rogavi, ut a me discederet; et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur* (2. Cor. 12. 8. 9). Tunc mea, inquit, potentia demonstratur, quando vos in infirmitate estis, et per vos qui videmini esse debiles, pradicacionis verbum augetur, et ubique dispergitur. Quando igitur a carcerem, innumeris susceptis verberibus, deductus fuit, carceris custodem vinxit (Act. 16) : in liguo erant pedes, in catenis manus, et carcer sub mediam noctem quatiebatur, ipsi Deum laudantibus.

Dei potentia magis demonstratur in ærumnis sanctorum. — Cernis quomodo ipsius virtus in infirmitate perficiebatur? Si fuisset solutus Paulus, et illud habitaculum concussisset, non fuisset tam mirandum quod fiebat. Idcirco, inquit, remane vincetus, et commoveantur parietes undique, et solvantur vincti : ut magis virtus mea evidens sit, dum per te constrictum et colligatum omnes vincti solvuntur. Hoc ipsum igitur et carceris custodem tunc percussit, quod cum tanta teneretur necessitate, per orationem solam potuit fundamenta quidem quassare, fores vero carceris aperire, et omnes vinctos solvere. Non hic autem solum, sed etiam in Petro, et in ipso Paulo, et aliis quoque apostolis videtur quispian possit hoc iugiter evenire, et in persecutionibus Dei gratiam efflorescere, apparere in tribulationibus, et sic virtutem suam predicare. Idcirco dicebat : *Sufficit tibi gratia mea : virtus enim mea in infirmitate perficitur* (2. Cor. 12. 9). Quod autem et humana natura majora multi sæpius de ipsis suspicaturi erant, nisi talia patientes vidissent, audi quomodo timuit Paulus. *Nam et si voluero, inquit, gloriari, non ero insipiens : parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me* (2. Cor. 12. 6). Quid autem est quod dicit? Poteram, inquit, multo majora dicere miracula, sed nolo, ne forte signorum magnitudinem majorem de me hominibus suspicionem inducat. Propterea et Petrus postquam claudum erexit, et omnes ipsos admirabantur, ut cohiberet eos ipsisque persuaderet se nihil ex virtute propria exhibuisse, dicit : *Quid nos intuemini tanquam propria virtute vel pietate fecerimus hunc ambulare* (Act. 3. 12)? Et rursus Lystris non solum erant obstupefacti, sed et tauros coronatos duxerunt, et Paulo et Barnabæ immolare aggrediebantur (Act. 14. 12). Vide diaboli malitiam : per quos Dominus ex mundo impietatem expurgare studebat, per hos ipsam ille inducere studebat, rursus persuadens, ut deos homines esse putarent : quod et prioribus fecit temporibus : et hoc maxime est quod idololatriæ principium et radicem introduxit. Multi enim qui bella bene gesserant, erexerant tropæa, urbes ædificaverant, et aliis hujusmodi demeruerant sui temporis homines, dii a multis existimati sunt, et templis et aris honorati, et omnis gentilium deorum numerus ex hominibus istis conflatus est.

Cur Deus sanctos pelli et cruciari permiserit. — Ne igitur hoc et in sanctis fieret, permisit ipsos Deus continue pelli, flagellari, in varios incidere morbos :

PATROL. GR. XLIX.

ut nimia corporis imbecillitas, et tentationum turba presentibus persuaderet, homines esse eos, qui talia ederent miracula, nihilque de suo afferre, sed iudam gratiam per illos omnia operari. Si enim parva et vilia operatos, deos putaverunt, multo magis si nihil passi fuissent humanum, hos suspicati fuissent, qui talia fecerint, qualia nemo umquam neque vidit neque audivit. Si enim cum ipsi flagellarentur, precipitentur, ligarentur, pellerentur, periclitarentur quotidie, tamen in hanc impiam opinionem quidam ceciderunt : multo magis si nihil humanum passi fuissent, hujusmodi fuissent existimati.

8. Igitur hæc quidem tertia afflictionis causa : quarta vero, ne sancti propter presentis felicitatis spem Deum colere putentur. Etenim multi in lascivia viventium a multis sæpius accusati, et ad virtutis vocati labores, et sanctos de hilari molestiarum tolerantia laudari audientes, ex his ipsos accusare aggrediuntur : et non homines tantum, sed et ipse diabolus hoc ipsum suspicatus est. Quoniam enim multis erat circumdatus divitiis Job, et multa potiebatur opulentia, exprobratus a Deo propter ipsum malus ille daemon, cum nihil haberet quod diceret, neque quo de suis excusaretur criminibus, neque quod iusti virtutibus impingeret, ad hanc statim confugit defensionem, dicens : *Numquid gratis Job colit te? circumvallasti interiora et exteriora ejus* (Job 1. 9. 10); propter mercedem, inquit, ille virtutem sequitur, tanta fruens opulentia. Quid igitur fecit Deus? Ut demonstraret sanctos non mercedis causa ipsum colere, omnem ipsius substantiam abstulit, paupertati tradidit, et in gravem morbum incidere permisit. Mox illum redarguens tanquam temere talia suspicatum, inquit : *Adhuc innocentiam retinet : tu vero commovisti me ut frustra ipsius substantiam perderem* (Job 2. 3). Sanctis enim hoc in remunerationem et retributionem sufficit, Deum venerari : quoniam et amanti hoc in retributionem sufficit, se amantem amare, et nihil amplius requirit, nec quidpiam hoc majus esse putat. Si vero erga hominem hoc, multo magis erga Deum : quod ut demonstraret Deus, plura quam diabolus petierat, concessit. Ille inquit : *Mitte manum tuam, et tange ipsum* (Job 2. 5) : Deus autem non ita, sed, Tibi ipsum, inquit, trado (Ib. v. 6). Quemadmodum enim in exterioribus certaminibus corpore vigentes, et bonæ habitudinis athletæ, non sic apparent, cum vestimentum undique oleo madidum fuerint induti, sed quando illo abjecto nudi in stadium feruntur, tunc maxime spectatores membrorum proportionem penitus obstupesciunt, cum nihil ipsam amplius obumbrare possit : sic et Job, quando omnibus quidem illis divitiis circumfusis erat, quis esset, non multis manifestum erat; postquam vero ipsas velut vestimentum athleta abjecit, et ad pietatis certamina nudus intravit, sic spoliatus spectatores omnes percussit, ut et ipsum angelorum theatrum super animi ejus tolerantia vehementer acclamaret, et victori illi applauderet. Quod. enim superius jam

• Alii : *Super animi ejus puritate, etc.*

dixi, non ita hominibus apparebat illis omnibus divitiis circumamictus, ut quando illis tamquam pallium projectis nudus exsiliit, in medio orbe, tamquam theatro: et omnes bonam ipsius animi habitudinem admirati sunt: non solum autem ex rerum jactura suspiciebatur, sed etiam ex patientiæ lucta circa ægritudinem.

Cur Deus Jobi corpus in potestatem diaboli tradiderit. — Sicut enim ante dixi, non illum ipse percussit Deus, ne rursus diabolus diceret: Pepercisti, et non tantam, quantum oportebat, intulisti tentationem: sed ipsi tradidit diabolo et gregum perditionem et carnis potestatem. Confido de certatore, inquit, idcirco non prohibeo ipsi quæcumque velis inferre certamina. Sed quemadmodum spectati palæstritæ, et arte et corporis robore fidentes, non recti adversariis ut plurimum, congregiuntur, neque de pari, sed seipsos illis medios apprehendendos præbent, ut illustriorem victoriam referant: sic et Deus medium tradidit sanctum diabolo apprehendendum, ut cum post tantam confictus prærogativam superarit, soloque prostraverit, clarior corona reddatur. Aurum est probatum: pro lubito proba, ut placet examina, sordes in ipso non invenies. Non aliorum vero nobis tantum fortitudinem demonstrat: sed et aliam magnam offert consolationem. Quid enim inquit Christus? *Beati eritis, cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes propter me: gaudete et exultate, quoniam merces vestra magna est in cælis: sic enim fecerunt prophetis patres eorum (Matth. 5. 11. 12).* Et rursus Paulus Macedonas consolari volens: *Vos enim, inquit, imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa: quoniam eadem passi estis a contribulibus vestris, quemadmodum et illi a Judæis (1. Thess. 2. 14).* Et Hebræos rursus ita consolatur, recensens justos omnes in fornacibus, in lacubus, in solitudinibus, in montibus, in speluncis, in fame, in angustia degentes (*Hebr. 11. 36 — 38*): molestiarum enim communicatio quamdam lapsis affert consolationem. Quod autem et de resurrectione quoque hoc ipsum sermones inducat, audi eumdem Paulum dicentem: *Si secundum hominem cum feris pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt (1. Cor. 15. 32)?* Et iterum: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus (1b. v. 19).* Innumera patimur mala in præsentī vita, inquit: si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse possit miserabilius?

9. *Res nostræ sunt hujus vitæ limitibus circumscriptæ.* — Unde manifestum est non esse res nostras hujus ævi limitibus circumscriptas. Et hoc liquet ex tentationibus: numquam enim Deus pateretur tot et talia passos mala, et præsentem vitam omnem in tentationibus et infinitis degentes periculis, multo majoribus non remunerari muneribus. Si vero id pati non potest, certum quod meliorem et illustriorem paravit alteram vitam, in qua pietatis pugiles coronare et laudare toto debet orbe spectante. Itaque cum videris

justum angustiari, affligi, in imbecillitate, pauperie, et innumeris aliis ærumnis præsentem vitam claudere, dic intra te ipsum: Nisi resurrectio esset et iudicium, numquam Deus tanta propter se mala passum, nullo potitum bono hinc migrare permisisset: unde patet, ipsum alteram eis vitam præsentī jucundiorē, et multo meliorem parare. Nisi enim hoc esset, numquam sivisset improbos quidem multos per hanc vitam gaudere, justorum vero multos in plurimis ærumnis versari; sed quoniam præparatum est sæculum aliud, in quo secundum meritum, huic quidem improbitatis, illi vero virtutis præmia reddere debet: ideo sinit hunc quidem affligi, illum vero deliciis diffuere. Verum et aliam ex Scripturis causam afferre conabor. Qualis vero hæc est? Ne dicamus nos ad eandem virtutem invitati, alterius naturæ participes illos fuisse, aut homines non fuisse. Idcirco quidam de magno loquens Helia, sic inquit: *Helias homo erat in passionibus similis nobis (Jacob. 5. 17).* Vides quod a passionum communione demonstrat ipsum hominem esse ut nos? Et iterum: *Etenim ego homo sum in patiēdo vobis similis (Sapient. 7. 1).* Et hoc naturæ communionem spondet. Ut autem discas eum hic docere quos oporteat putare beatos, id inde clarum est: cum enim audieris Paulum dicentem, *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphizamus, et instabiles sumus, et laboramus (1. Cor. 4. 11)*; et, *Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem suscipit (Hebr. 12. 6)*; certum est nos, non eos qui in quiete degunt, sed eos qui propter Deum affliguntur et vexantur, quique virtutem pietatemque colunt laudatos et æmulatoros esse. Sic et Propheta dicit: *Dextera ipsorum dextera iniquitatis, filia eorum compositæ, circumornatæ, ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: oves eorum fetosæ, quæ abundantes in egressibus suis, boves eorum crassæ. Non est ruina maceræ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt (Psal. 143. 11-15).* Tu vero Propheta quid dicis? *Beatus, inquit, populus, cujus Dominus Deus ejus (1b. v. 15).* Non pecuniis affluentem, sed pietate ornatum, hunc ego beatum puto, inquit, etsi innumera patiarum mala. Si vero oportet et nonam dicere causam, illud addere possemus, quod probatior tribulatio faciat tribulatos. *Tribulatio enim patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit (Rom. 5. 3-5).* Vides quod ex tribulatione probatio futurorum spem nobis afferat, et in tentationibus manere, de futuris bene sperare faciat? Itaque non temere dicebam, has tribulationes resurrectionis spem nobis designare, et vexatos meliores efficere. Quemadmodum enim, inquit, in fornace aurum examinatur, sic et homo acceptus in humiliationis camino (*Eccli. 2. 5*). Possumus et decimam dicere causam. Qualem vero hanc? Quam et jam sæpius dixi superius, quod si aliquas habeamus maculas, et hic eas deponemus. Et hoc patriarcha declarans ad divitem dicebat: quoniam *Lazarus recepit sua mala, unde consolationem accipit (Luc. 16. 26).*

Et præter hanc aliam rursus invenimus. Qualem? Ut corone et præmia nobis augeantur: quantum enim tribulationes intenduntur, tantum et retributiones ampliantur, imo vero et multo plus: *Non enim condignæ sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis (Rom. 8. 18)*. Tot igitur causas habentes de sanctorum afflictione dicendas, ne in tentationibus indignemur, ne angustiemur, ne perturbemur, sed et ipsi nostros instruamus animos, et alios hæc doceamus. Et si videris hominem in virtute viventem, philosophiam sectantem, placentem Deo, postea innumera patientem mala, ne scandalizeris, dilecte: et si videris aliquem spiritualibus vacantem operibus, et aliquid utile expediturum, postea supplantatum, ne perturberis. Etenim novi multos sæpius talia quærentes: Ille, inquit, ad martyrium (a) peregrinatus, pauperibus pecunias perferens, in naufragium incidit, et amisit omnia: alter rursus idem faciens, in latrones incidit, et vix animam suam servavit, nudus inde discedens. Quid igitur dicemus? Quod horum nullo tristari oporteat. Etsi enim naufragium fecit, habet tamen justitiæ fructum perfectum: sua enim omnia implevit, collegit pecunias, deposuit, cum recepisset, abibat, peregrinationem attigerat: naufragium vero de reliquo non de ipsius fuit sententia. Sed quare hoc Deus permisit? Ut hunc spectatum exhiberet. At pauperes, inquit, privati sunt pecuniis. Non tanta pauperibus cura tu provides, quanta qui fecit eos Deus: etsi enim his privati sunt, tamen aliunde potest majorem opum occasionem ipsis præbere.

10. Ne igitur gestorum rationes ab eo repetamus, sed in omnibus eum glorificemus: non enim imprudenter et temere talia sæpe fieri permittit, sed cum ex his pecuniis consolationem habituros non despiciat, verum ipsis aliam pro his alienæ occasionem præbeat, etiam naufragium passum probatiorem efficit, majoremque ipsi parat mercedem: multo enim majus est, quam eleemosynam dare, quod talibus obrutus negotiis Deo gratias agat.

Fructum ex patientia perinde atque ex eleemosyna metimur.— Non enim tantum quæ per eleemosynam damus, sed et ea, quibus ab aliis spoliari fortiter ferimus, multum nobis fructum afferunt. Et ut discas hoc illo majus esse, ex iis quæ Job contigerunt, hoc faciam manifestum. Ille quando pecunias possedit, aperuit domum pauperibus, et omnia quæ habebat elargiebatur: sed non erat tam illustris, quando pauperibus domum aperuit, quam cum ipsam cecidisse audiens non inique tulit. Non erat tam illustris, quando ex ovium tonsura nudos vestivit, quam fuit clarus et spectatus, cum audiens ignem cecidisse, et greges omnes consumpsisse, gratias egit. Tunc humanus fuerat, nunc fuit philosophus: tunc pauperum miserebatur, nunc Domino gratias agebat. Nec intra se dixit, Quid tandem hoc est? greges consumpti sunt, quibus innumeris pauperes alebantur: etsi ego indignus eram hac re-

(a) Ad martyrium, seu ad ecclesiam martyrum. Hoc item nomine appellabatur templum Salvatoris Jerusalem.

rum frui copia, saltem propter earum consortes parcendum erat. Sed nihil horum vel dixit vel cogitavit: norat enim Deum omnia utiliter dispensantem. Et ut scias eum gravius postea vulnus intulisse diabolo, cum spoliatus gratias egit, quam cum possidens miseraretur, adverte quod quando possidebat, suspicionem quamdam habuit diabolus: etsi falsam, habuit tamen unde diceret: *Num gratis te colit Job (Job. 4: 9)?* Postquam vero omnia abstulit, et ipsum omnibus spoliavit, et tamen eandem is erga Deum benevolentiam servavit, tunc demum obstructum est os impudens, et nihil amplius quod diceret habebat: nam splendidior quam prius erat justus ille vir. Omnibus enim privatam, generose et cum gratiarum actione ferre multo majus est, quam in divitiis degentem facere eleemosynam, sicut et in hoc justo demonstratum est. Tunc multa in conservos fuit benignitas, nunc magnus in Dominum amor exhibebatur. Hunc vero non temere sermonem extendo; sed quoniam multi sæpius qui eleemosynas erogarent, viduas alerent, omni substantia dispoliati sunt: alii incendio omnia amiserunt, alii in naufragia inciderunt, alii calumniis, et talibus quibusvis injuriis post multas eleemosynas in extremam redacti sunt pauperiem et infirmitatem et ægritudinem, et a nemine ullum adepti sunt auxilium. Ne igitur dicamus, quod sæpe multi dicunt, *Nemo quidquam scit (a)*, sufficiunt omnia supra dicta ad talem expellendam trepidationem. Ille, inquit, tot faciens eleemosynas omnia perdidit. Ecquid illud est, omnia perdidit? Si pro hac gratias egerit jactura, multo majorem a Deo benevolentiam hauriet: nec duplum sicut Job, sed centuplum in vita æterna recipiet. Si vero hic malum patitur, hoc ipsum majorem illic thesaurum ipsi præbebit, quod generose omnia ferat: ad majores enim ipsum inde vocans exercitationes et luctas, de copia in penuriam incidere Deus permisit. Ignis ingruens sæpius domum tuam absumpsit, et totam substantiam populatus est? Reminiscere eorum quæ Job acciderunt: age gratias Domino, qui prohibere poterat, et non prohibuit: et tantam recipies mercedem, quantum si omnia illa in pauperum manus reposuisses. Sed in pauperie degis, et fame et infinitis periculis? Recordare Lazari, cum inopia et orbitate et innumeris aliis pugnantis molestiis, et hæc post virtutem tantam: recordare apostolorum, qui et in fame et in siti et

(a) Hæc, ut ex Chrysostomi verbis arguitur, tunc adagii more ferebantur: ac licet Græca duplicem negationem expriment, negative tamen sunt efferenda, *nemo quidquam scit*: dicebaturque ab imperitiis rerum divinarum, qui cum viderent eos, qui bonis operibus incumbunt, ærumnis, calamitatibus, calumniis, ægritudinibus impediti, se nihil in rerum humanarum administratione capere vel cognoscere profitebantur. Simile dictum occurrit apud Euripidis Iphigeniam in Tauris:

Πάντα γὰρ τὰ τῶν Θεῶν
Εἰς ἀφανὲς ἔρπει, καὶ οὐδὲν οἷδ' οὐδὲν κακόν.
Ἴ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθέος.

*Omnia quæ deos spectant
In occulto reptant, et nemo quidquam novit mali.
Fortuna quippe in hanc intelligendi difficultatem perducit*

in nuditate debebant, prophetarum, patriarcharum, justorum: et omnes ipsos invenies non de divitiis, non de gaudentibus, sed de egentibus, tribulatis, et angustiatis esse.

11. Hæc apud te ipsum colligens, Domino gratias age, quod te hujus fecit sortis, non exosus, sed et valde diligens: nam et illos tot gravia pati non permisisset, nisi vehementer amasset, quoniam clariores ipsos per hæc mala reddebat. Nullum gratiarum actioni par bonum; quemadmodum blasphemia pejus nihil. Ne admiremur, quod spiritualibus instantes multa patiamur adversa. Ut enim latrones, non ubi ferrum et paleæ et calamus, sed ubi aurum et argentum, ibi fodiunt et assidue vigilant: sic et diabolus iis maxime instat, qui spiritualia attingunt negotia; ibi multæ insidiæ, ubi virtus: illic invidia, ubi elemosyna. Sed est nobis telum maximum, quod omnes tales machinas repellere valeat, ut per hæc omnia Deo gratias agamus. Abel, dic mihi, nonne de primitiis Deo sacrificans, fraterna cecidit manu (*Gen. 4*)? sed tamen Deus permisit, non eum perosus qui se honoravit, sed valde diligens: et præter speciosissimi illius sacrificii coronam, alteram etiam ipsi per martyrium præbens. Moses cuidam injuria affecto opitulari voluit, et mori periclitatus est, et patria excidit (*Exod. 2*), Deusque permisit, ut sanctorum patientiam discas. Si enim præscii nihil nos passuros mali, sic spiritualia attingissemus negotia, nihil magnum facere visi essemus, tale securitatis pignus habentes: nunc vero hinc maxime admirabiles sunt qui talia faciunt, quod et pericula et damna, et mortes, et infinita prævidentes mala, tamen hujusmodi officiis non absistant, neque timorum¹ expectationibus segniores facti sint. Sicut igitur tres pueri dicebant: *Est Deus in cælo potens eripere nos: et si non, notum sit tibi, rex, quod diis tuis non servimus, et auream imaginem, quam crexisti, non adoramus* (*Dan. 3. 17. 18*): et tu igitur quando quid boni secundum Deum operari debes, multa prospice pericula, multa damna, multas mortes; et ne mireris, neque perturberis, si hæc accendant. *Fili, inquit, accedens ad servitum Dei, præpara animam tuam ad tentationem* (*Eccli. 2. 1*). Nemo nempe pugnare decernens, absque vulneribus coronam reportare expectat. Et tu igitur, charissime, cum diabolo totis viribus pugnare aggressus, ut vitam securam et delicias plenam sequaris. Non enim hic tibi retributiones et promissiones, sed in futuro sæculo omnia præclara Deus promisit. Cum igitur vel ipse bonum feceris, et contraria receperis, vel alium hoc videris patientem, gaude et latere: majoris enim tibi retributionis materia est. Ne concideris, neque solvas animi studium, neque signor fias, sed potius insta cum majori alacritate. Quoniam et apostoli cum prædicabant, etsi flagellarentur, lapidarentur, carceres continue habitarent, non solum post periculorum liberationem, sed et in ipsis

¹ Unus habet: *Neque timendorum*. Alter: *Neque mortuum*.

periculis cum majore alacritate veritatis præconium enuntiabant. Et videre est Paulum in ipso carcere, in ipsis catenis instrumentem, initiantem, et in foro judiciali rursus idem facientem, et in naufragio et in tempestate, et in periculis innumeris. Tu quoque sanctos istos amulare, et a bonis operibus, dum potes, ne excidas¹: et licet millies interpellantem te diabolus videris, nusquam absistas. Tu quidem pecunias perferens, forte naufragium fecisti; Paulus autem omnibus pecuniis pretiosius verbum ferens, Romam abibat, et in naufragium incidit, et infinita subiit incommoda. Et hoc ipse declaravit dicens: *Sæpius voluimus venire ad vos, sed impedit nos satanas* (*1. Thess. 2. 18*): et Deus permisit, ex superabundanti suam demonstrans virtutem et ostendens, quod infinita faciente diabolo et prohibente, nihil ex hoc prædicatio minuebatur, aut interrumpitur. Idcirco in omnibus Paulus Deo gratias agebat, sciens quod probatiorem per hæc se Deus reddebat: et studii sui vehementiam in omnibus exhibebat, nullo horum impedimentorum cohibitus. Quoties igitur frustrati fuerimus, toties spiritualia opera aggrediamur: neque dicamus, quare Deus impedimenta permisit? propter hoc enim permisit, ut studium tuum multo magis demonstrares, et multum amorem. Amantis enim maxime est, nunquam ab iis, quæ amato complacent, absistere. Mollis enim et ignavus ex primo statim impetu concidit; vehemens autem et excitatus, etsi millies interpellatur, tanto magis divinis rebus instabit, quantum in se est omnia implens, et in omnibus gratias agens: hoc et nos faciamus. Magnus thesaurus gratiarum actio, magnæ divitiæ, inconsumptum bonum, armatura fortis: sicut et blasphemia præsentem jacturam intendit, et plura quam quæ perdidimus, insuper perire facit. Perdidisti pecunias? si gratias quidem egeris, animam lucratus es, et majores nactus es divitias, quia Dei benevolentiam tibi ampliorem conciliasti; si vero blasphemaveris, insuper et salutem tuam amisisti, neque illas recuperasti, et quam habuisti animam, hanc quoque occidisti.

12. *Præcipit ut blasphemii corripiantur et vapulent.* — Sed postquam de blasphemia nobis verba nunc facta sunt, unam a vobis omnibus petere volo retributionem pro concione hac atque sermone: ut in civitate blasphemantes mihi castigetis. Si quempiam in bivio et foro Deo blasphemantem audieris, accede, increpa: et si verbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percutere, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica. Et si ulli accusaverint, et si in judicium traxerint, sequere: et si poenas iudex pro tribunali reponoscerit, dic cum libertate, quod angelorum Regem blasphemaverit. Si enim regem terre blasphemantes puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes. Commune crimen est, publica injuria, cuique accusare volenti licet. Discant

¹ Duo Mas. et Savil., *In bonis operibus persevera quantum spiraveris.*

καὶ διεστραμμένοι, ὅτι καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους φοβέσθαι αὐτοὺς χρεῖ, ἵνα κἄν ἔλυνται ποτε φθέγγασθαι ἐπὶ τοιούτων, ἀλλήλους πανταχοῦ περιδλέπωνται, καὶ τὰς σικίας τρέμωντες, ἀγωνιώντες μήπου ὁ Χριστιανὸς ἀκούσας ἐπιπηδήσῃ, καὶ κολάσῃ σφοδρότερον. Οὐκ ἤκουσας τί Ἰωάννης ἐποίησε; Τύραννον εἶδεν ἄνθρωπον γάμων ἀνατρέποντα νόμους, καὶ μετὰ παρρησίας ἐν μέσῳ τῆς ἀγορᾶς φησιν· *Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα φιλιππου τοῦ ἀδελφοῦ σου*. Ἐγὼ δὲ σε οὐκ ἐπὶ τύραννον ἤγαγον, οὐδὲ δικαστήν, οὐδὲ ὑπὲρ γάμων παρανομούμενων, οὐδὲ ὑπὲρ συνδούλων ὑβριζομένων, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Δεσπότην παροινίας, τὸν ὁμότιμον ἀξίῳ σωφρονίζεις. Ἄρα γε εἰ ἔλεγόν σοι, ὅτι τοὺς βασιλεῖς ἢ τοὺς δικαστὰς παρανομούντας κόλαζε καὶ διόρθου, οὐκ ἂν με μαινέσθαι ἔφης; Καίτοι γε Ἰωάννης τοῦτο ἐποίησεν· οὕτως οὐδὲ τοῦτο μείζων ἡμῶν. Νῦν δὲ κἄν τὸν ὁμόδουλον, κἄν τὸν ὁμότιμον διόρθωσον, κἄν ἀποθανεῖν δέῃ, σωφρονίζεις τὸν ἀδελφὸν μὴ ἀποκνήσῃς, μαρτύριόν σοι τοῦτό ἐστιν· ἐπὶ καὶ Ἰωάννης μάρτυς ἦν. Καίτοι γε οὐ θύσαι ἔχελευσθη, οὐδὲ προσκυνῆσαι εἰθάλων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἱερῶν νόμων ὑβριζομένων τὴν κεφαλὴν ἀπέθετο· καὶ σὺ τοίνυν ἀγωνίσαι μέχρι θανάτου ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. Καὶ μή μοι λέγε τὸ ψυχρὸν τοῦτο ῥήμα, τί δέ μοι μέλει; οὐδὲν κοινὸν ἔχω πρὸς αὐτόν. Πρὸς τὸν διάβολον οὐδὲν ἔχομεν κοινόν, πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας πολλὰ ἔχομεν κοινά. Τῆς γὰρ φύσεως ἡμῖν τῆς αὐτῆς μετέχουσι, τὴν αὐτὴν γῆν οἰκοῦσι, καὶ ταῖς αὐταῖς τρέφονται τροφαῖς, τὸν αὐτὸν ἔχουσι Δεσπότην, τοὺς αὐτοὺς ἐδέξαντο νόμους, ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἡμῖν παρακαλοῦνται ἀγαθὰ. Μὴ τοίνυν λέγωμεν ὡς οὐδὲν ἡμῖν κοινὸν πρὸς αὐτούς· σατανικὴ γὰρ αὕτη ἡ φωνὴ, διαβολικὴ ἡ ἀπανθρωπία· μὴ τοίνυν ταῦτα

λέγωμεν, ἀλλὰ τὴν πρέπουσαν ἀδελφοὺς κηδεμονίαν ἐπιδειξώμεθα. Ἐγὼ δὲ τοῦτο μετὰ πάσης ὑπισχυνοῦμαι ἀκριθείας, καὶ ἐγγυώμαι πᾶσιν ὑμῖν, ὅτι εἰ ὑμεῖς βουληθῆτε πάντες οἱ παρόντες ἐνταῦθα διανεμῆσθαι τὴν σωτηρίαν τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, ταχέως ἡμῖν ἅπαντα διορθοῦται. Καίτοι γε τὸ ἐλάχιστον μέρος τῆς πόλεως ἐνταῦθα ἐστίν, ἐλάχιστον κατὰ τὸ πλῆθος, τὸ δὲ κεφάλαιον κατὰ τὴν εὐσέβειαν. Διανεμώμεθα τοίνυν τὴν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν σωτηρίαν· ἀρκεῖ εἰς ἀνθρώπου ζήλω πεπυρωμένος ὀλόκληρον διορθώσασθαι δῆμον. Ὅταν δὲ μὴ εἴξῃ, μὴδὲ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ τοσοῦτον ἢ τὸ πλῆθος τὸ δυνάμενον τῆς τῶν ἡμελημένων ἐπιμελείας ἀψάσθαι, οὐδαμῶθεν ἐτέρωθεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν βῆθυσίαν, καὶ οὐ παρὰ τὴν ἀσθένειαν οἱ πλείους ἀπόλλυνται καὶ καταπίπτουσι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄποπον, εἰ μὲν μάχην βωίμεν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, προσεῖναι, καὶ καταλλάττειν τοὺς μαχομένους· τί δὲ λέγω μάχην; εἰ καταπεσόντα ἴδωμεν θνον, πάντες χεῖρα ὀρέγειν καὶ συνδιανίστασθαι σπεύδοντες τῶν δὲ ἀδελφῶν ἀπολλυμένων ἀμελεῖν; Ὅνος ἐστὶν ὁ βλάσφημος, καὶ θυμοῦ φορτίον οὐκ ἐνεγκών, κατέπεσε· πρόσελθε, καὶ διανάστησον καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων, καὶ δι' ἐπεικειᾶς καὶ σφοδρότητος [20] ποικίλον ἔτω τὸ φάρμακον. Ἄν οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, καὶ τῆς τῶν πλῆθους ἀντιλαμβάνωμεθα σωτηρίας, ταχέως καὶ κείνοις αὐτοῖς τοῖς τῆς διορθώσεως ἀπολαύουσι ποθεινὸν ἐσόμεθα καὶ ἐπέραστοι· καὶ ὁ πάντων ἐστὶ μείζων, τῶν ἀποκειμένων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν, ὧν γίνετο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπείᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* Hæc καὶ ἐπεραστοι desunt in Morel., sed habentur in Savil. et in plurimis codicibus.

ΟΜΙΑΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ,

*Λεχθεῖσα ἐν Ἀρτιοχίᾳ ἐν τῇ παλαιῇ λεγόμενῃ ἐκκλησίᾳ, ὄντος αὐτοῦ πρεσβυτέρου, περὶ τῆς συμβάσεως συμφορᾶς ἐν τῇ πόλει **, ἐπὶ τῇ ἀταξίᾳ τῆς καταστροφῆς τῶν ἀνδριάντων τοῦ Θεοδοσίου τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως τοῦ μεγάλου· καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου, *Τοῖς πλουσίοις παράγγελλε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· μὴ ὑψηλοζυμεῖν· καὶ κατὰ πλεονεξίας.*

α'. Τί εἶπω καὶ τί λαλήσω; δακρύων ὁ παρὼν καιρὸς, οὐχὶ ῥημάτων· θρήνων, οὐχὶ λόγων· εὐχῆς, οὐ δημηγορίας· τοιοῦτον τῶν τετολημένων τὸ μέγεθος, οὕτως ἀνίστατον τὸ ἔλλοχος. οὕτω μέγα τὸ τραῦμα, καὶ πάσης λατρείας μείζων, καὶ τῆς ἀνωθεν δεόμενον βοηθείας. Οὕτω μὲν ὁ Ἰωδῆ ἅπαντα ἀποβαλὼν, ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο, καὶ ἀκούσαντες ^b οἱ φίλοι παρεγένοντο, καὶ ἰδόντες αὐτὸν πόθρῳθεν, τὰ ἱμάτια διέβρῆξαν, καὶ σποδὸν κατεπάσαντο, καὶ μέγα ἀνώμωξαν. Νῦν τοῦτο τὰς πόλεις ἀπάσας τὰς κύκλις ποιῆσαι ἐχρῆν, καὶ πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν ἔλθειν, καὶ θρηνησαι τὰ γεγενημένα μετὰ συμπαθείας ἀπάσης. Ἐκεῖνος ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο τότε, αὕτη ἐν μεγάλῃ παγίδι κάθηται νῦν. Καθάπερ γὰρ τότε ὁ διάβολος εἰς τὰ ποιμνία καὶ τὰ βουκόλια, καὶ πᾶσαν ὠρχήσατο τοῦ δικαίου τὴν οὐσίαν ^c· οὕτω νῦν εἰς τὴν πόλιν ἅπανσαν ἐδάχευσεν. Ἄλλ' ὁ Θεὸς καὶ τότε καὶ νῦν συνεχώρησε· τότε μὲν, ἵνα τὸν δίκαιον λαμπρότερον ποιῆσῃ τῷ μεγέθει τῶν πειρασμῶν, νῦν δὲ, ἵνα ἡμᾶς σωφρονιστέρους ἐργάστῃται τῇ τῆς ὑλιψείας ταύτης

ὑπερβολῇ. Δότε μοι θρηνησαι τὰ παρόντα. Ἐοιγήσαμεν ἡμέρας ἑπτὰ, καθάπερ οἱ φίλοι τοῦ Ἰωδῆ· ὅτε μοι στόμα διᾶραι σήμερον, καὶ τὴν κοινήν ταύτην ὀδύρασθαι συμφορᾶν. Τίς ἡμῖν ἐδάσκηεν ^d, ἀγαπητοί; τίς ἡμῖν ἐφθόνησε; πόθεν ἢ τοσαύτη γέγονε μεταβολή; Οὐδὲν τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας σεμνότερον ἦν· οὐδὲν γέγονε ἐλεινότερον νῦν. Δῆμος εὐτακτος οὕτω καὶ ἡμερος, καὶ καθάπερ ἵππος χειροφθῆς καὶ τιθαστος, ἀεὶ ταῖς τῶν ἀρχόντων εἰκὼν χερσίν, ἐξαίφνης τοσοῦτον ἡμῖν ἀπεσιρτήσε νῦν, ὡς τοσαῦτα ἐργάσασθαι κακὰ, ἃ μὴδὲ εἰπεῖν θέμις. Ὀδύρομαι καὶ θρηνώ νῦν, οὐ διὰ τὸ μέγεθος τῆς προσδοκωμένης ἀπειλῆς, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς γεγενημένης μανίας. Εἰ γὰρ μὴ παροξυνθεὶ βασιλεῖς, μὴδὲ ὀργισθεὶ, μὴδὲ κολάσειε καὶ τιμωρήσατο [21] πῶς εἴσομεν, εἰπέ μοι, τὴν αἰσχύνῃν τὴν ἀπὸ τῶν γεγενημένων; Διακρίπεται μοι τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος τῷ θρήνω· μάλισ' ἰσχύω διᾶραι στόμα, καὶ ἀνοῖξαι χεῖρα, καὶ κινῆσαι γλώτταν, καὶ ῥήματα προέσθαι· οὕτω καθάπερ χαλινὸς ὁ τῆς ἀθυμίας ὄγκος ἀποστρέφει μου· ἐτὴν γλώτταν, καὶ τῶν ῥημάτων ἐπιλαμβάνεται. Οὐδὲν τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας πρότερον μακαριώτερον ἦν, οὐδὲν

* Sic Savil. et quidam mss., recte. In Morel. hæc desunt, καὶ τῆς συμβάσεως συμφορᾶς ἐν τῇ πόλει.

^b Savil. et unus est qui dicitur ὁ Ἰωδῆ. ἐκάθητο, ἀκούσαντες. ἡμῶν ἰδόντες νῦν δὲ τοῦτο.

^c Alii τῆς οὐσίας.

^d Savil. et quidam mss. τίς ἡμῖν ἐδάσκηεν, ἀγ.; τίς ἡμῖν ἐφθόνησε; Alii ἡμᾶς bis.

* Savil. et alii ἀποστρέφει μοι. Mox alii qui μάλισται κερῖα.

et Judæi et gentiles, Christianos esse civitatis conservatores, et curatores, et præsidēs, et magistros: et idem discant dissoluti et perversi, timendos sibi esse Dei servos, ut et si quid tale loqui umquam aggrediantur, sese undique circumspiciant et umbras timeant, anxii ne forte Christianus audiens insiliat, et vehementius puniat. Non audisti quid Joannes fecerit? Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges subvertentem, et cum fiducia in medio foro dicit: *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui (Marc. 6. 18)*. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad judicem, neque pro nuptiis illegitimis, neque pro conservis contumelia affectis, sed pro furore in Dominum, æqualem ut castiges depono. Nonne si tibi dixissem, reges vel iudices prævaricantes puni vel corrige, me insanire dixisses? Et tamen Joannes hoc fecit: adeo non est id supra nos. Nunc vero saltem conservum, vel æqualem corrige, et si mori opus sit, castigare fratrem ne torpeas: martyrium tibi hoc est, quoniam et Joannes martyr fuit. Non sacrificare jussus fuit, neque idolum adorare, sed pro sacris legibus temeratis caput deposuit: et tu igitur pro veritate usque ad mortem contendes, et Deus pugnabit pro te. Nec mihi illud dicas frigidum verbum, *Quid mihi curæ est?* cum ipso commune habeo nihil. Cum diabolo solo commune nihil habemus, cum omnibus autem hominibus multa habemus communia. Eiusdem enim nobiscum naturæ participes sunt, eandem habitant terram, iisdemque aluntur nutrimentis, eundem habent Dominum, easdem ceperunt leges, ad eadem nobiscum

bona invitantur. Ne igitur dicamus nos nihil commune cum ipsis habere: satanica est ista vox, diabolica inhumanitas. Ne igitur hæc dicamus, sed congruam fratribus curam exhibeamus. Ego autem hoc cum omni polliceor accuratione, et vobis omnibus spondeo: quod si vos omnes hic præsentēs civium salutem curare volueritis, brevi tota nobis civitas corrigetur: tametsi minima ejus pars hic est, multitudo minima, sed pietate summa. Dispensem igitur salutem fratrum nostrorum; sufficit unus homo fidei zelo succensus ad totum corrigendum populum. Cum vero non unus tantum, neque duo vel tres, sed tanta sit multitudo, quæ negligentium curam possit attingere, non aliunde, quam per torporem vestrum, nec per infirmitatem plures pereunt et labuntur. Annon absurdum, si pugnam quidem in foro videamus, eo accedere et pugnantes conciliare: quid vero dico pugnam? si asinum cecidisse viderimus, omnes manum porrigere, et pariter erigere: fratrum vero percussorum curam habere nullam? Asinus est blasphemus; iracundiæ pondus non ferens, cecidit: accede, erige verbis, factis, lenitate, vehementia, varia sit medicina. Quod si nostra sic disponamus, et proximorum salutem suscipiamus, cito et illis ipsis correctionem admittentibus desiderabiles erimus et amabiles, et quod omnibus majus est, repositis fruemur bonis, quæ nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri et Sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA SECUNDA,

ANTIOCHIÆ HABITA IN ECCLESIA DICTA VETERI, CUM IPSE PRESBYTER ESSET, DE CALAMITATE, QUÆ URBI ACCIDIT PRO TUMULTU SUBVERSIONIS IMAGINUM THEODOSII MAGNI IMPERATORIS PII, ET IN DICTUM APOSTOLI, DIVITIBUS HUIUS SÆCULI PRÆCIPE NON SUBLIME SAPERE (1. Tim. 6. 17): ET CONTRA AVARITIAM.



1. Quid dicam, aut quid loquar? lacrymarum præsens tempus, non verborum: luctuum, non sermonum: precationis, non concionis. Tanta patratorem est magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam vasta plaga, et omni medicamine major, et superno indigens auxilio. Sic enim et Job omnibus amissis in limo sedebat (Job 2. 8), et audientes amici accesserunt, ipsumque procul conspicati disciderunt vestimenta, et sibi cinerem insperserunt, et vehementer ingemuere. Idem nunc facere vicinas omnes civitates oportebat, ad urbem nostram venire, et quæ acciderant cum omni commiseratione deflere. Ille in stercore tunc sedebat, hæc in magno laqueo nunc considet. Sicut enim tunc diabolus in greges et armenta, et omnem justam substantiam insiliit: sic nunc in omnem civitatem debacchatus est. Sed Deus et tunc et nunc permisit: tunc quidem, ut justum clariorem redderet tentationum magnitudine; nunc vero, ut nos modestiores ærumnæ hujus magnitudine reddat. Date mihi,

ut præsentia lugeam. Tacuimus dies septem, sicut et amici Job (Job 2. 13): concedite hodie ut os aperiam, et hanc communem lugeam calamitatem. Quis nobis invidit, charissimè? quis in nos livore commotus est? unde tanta facta est mutatio? Nihil fuerat nostra civitate venerabilius: nihil nunc est miserabilius. Populus tam compositus et mansuetus, velut equus tractabilis et placidus semper accersentium manibus cedens, repente tantum nunc nobis resiliit, ut tot mala fecerit, quot neque dicere fas. Lamentor et lugeo nunc, non propter expectatæ comminationis magnitudinem, sed propter nimiam patratorem insaniam. Licet enim non irritaretur Imperator, neque puniret et castigaret, quomodo, dic mihi, facinoram ignominiosam ferremus? Luctu interciderit mihi docirinx sereno, vix os reserare valeo et labia aperire, linguam movere et emittere verba: sic tanquam frenum doloris vis impedit linguam meam, et verba intercipit. Nihil civitate nostra prius erat beatius; nihil

nunc injucundius. Quemadmodum apes bombizantes alveare, sic forum per singulos dies cives circumvolabant, et omnes de hac nos multitudine beatos vocabant.

Antiochenorum calamitas post dejectas statuas. — Sed ecce nunc hoc alveare solitarium redditum est: quemadmodum enim apes illas furus, sic has apes timor fugavit: imo potius quod de Jerusalem propheta lugens dixit, hoc et nos ad præsens tempus dicemus, *Facta est nobis civitas ut terebinthus abjectis foliis, et tamquam hortus aquam non habens (Isai. 4. 30).* Quemadmodum enim hortus deficiente irrigatione foliis privatus et fructibus nudas arbores exhibet: talis et civitas nobis facta est. Supremo enim destituta auxilio, solitaria remansit, omnibus fere habitatoribus nudata. Nihil patria dulcius, sed nunc nihil amarius factum est. Omnes terram quæ se tulit tanquam laqueum fugiunt, deserunt tanquam barathrum, tanquam ab igne resiliunt. Et sicut domo igne correpta non tantum domum habitantes, sed et omnes proximi cum multa se recipiunt festinatione, nudum corpus servare studentes: sic et nunc dum regia ira tanquam flamma quædam superne expectatur, priusquam sensim progrediens ad ipsos perveniat ignis, quilibet prius exire, et nudum corpus servare festinat: et ænigma nunc facta est miseria nostra: sine hostibus fuga, sine pugna transmigratio, et sine urbis excidio captivitas: non vidimus barbaricum ignem, neque hostium vultus spectavimus, et ea quæ capti patimur. Nunc omnes discunt calamitates nostras: nostros enim exules suscipientes, ab illis civitatis cladem audiunt.

2. Sed non super hoc confundor, nec erubescio: omnes intelligant civitatis pericula, ut matri condolentes, communem ab omni terra ad Deum vocem extollant, et unanimiter communem omnium matrem et altricem a cælorum Rege deposcant. Prius concussa est nobis urbs, nunc ipsæ habitatorum animæ quatiantur: tunc domorum fundamenta quatiebantur, nunc ipsa cujusque cordis ima commoventur, et quotidie ante oculos nostros omnes mortem aspiciamus, in continuo vivimus timore, et Cain pœnam sustinemus, olim carcerein habitantibus miserabilius affecti, et obsessione inusitata quadam et nova obsessi, et quam cogitatum sit graviore. Etenim illi quidem qui ab hostibus hoc patiuntur intra muros tantum concluduntur: nobis vero forum quoque inaccessum, et in domo quisque sua inclusus est; ac sicut obsessis tutum non est muros transgredi, hostibus exterius circumsidentibus, sic neque multis urbem habitantium tutum domo exire, nec in medio apparere, propter eos qui undique tum fontes tum insontes venantur, et ex medio rapiunt foro, et in iudicium quoquo modo ac tenere trahunt. Propterea liberi cum servis suis compediti intus sedent, quis comprehensus fuit, quis abductus, quis punitus hodie, quomodo et qua ratione, sollicitè quærentes, et curiose sciscitantes, a quibus talia secure discere possunt: et omni morte miserabiliorem degunt vitam, alienasque lamentari miserias quotidie concti, et pro salute sua trementes,

et mortuis nihil melius habentes, quod dudum timore mortui sint. Si quis vero qui extra timorem et angustiam hanc sit, in forum procedere voluerit, tam tristi aspectu statim in domum suam retrahitur, vix unum forte vel duos cernens inclinatos, et cum multa incedentes tristitia, ubi ante paucos dies fluviorum cursus multitudo superabat, sed nunc nobis omnes illi expulsi sunt. Et sicut cum ex sylva multæ passim exciduntur arbores, ingratus redditur aspectus, tanquam capitis multa calvitia habentis: sic et urbis solum, hominibus ablatis, et paucis passim apparentibus, ingratum nunc factum est, et multam cernentibus tristitiæ caliginem offundit. Non tantum vero terra, sed et ipsa aeris natura, et solarium radiorum circulus nunc mihi mœrere et obtusior lucere videtur: non elementis naturam mutantibus, sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non valentibus pure neque cum eodem affectu radiorum lumen suscipere. Hoc est quod olim propheta lugebat dicens: *Occidet ipsis sol in meridie, et obtenebrabitur dies (Amos 8. 9).* Hoc autem dicebat, non quod astrum occultaretur, nec quod dies evanesceret, sed quod mœrentes ne quidem in meridie propter doloris caliginem lucem cernere possent: quod et nunc factum est: et quocumque quis respexerit, sive in terram, sive in parietes, sive in urbis columnas, sive in proximos, noctem et obscuritatem profundam cernere videtur: sic omnia multæ plena sunt tristitiæ. Silentium ubique horrore plenum et solitudo, et desiderabilis ille multitudinis tumultus extinctus est: tanquam omnibus terram subeuntibus, ita nunc civitatem taciturnitas continet, saxis omnes similes sunt, et tanquam quodam linguæ vinculo calamitate cohibiti, profundissimum retinent silentium, quantum si hostes ingruissent, et omnes simul igne et ferro absumpsissent. Nunc dicendi tempus est: *Mittite ad lamentatrices, et veniant: et ad eas, quæ sapientes sunt, et vociferentur (Jer. 9. 17).* Deducant oculi vestri lacrymas, et palpebræ vestræ defluant aquis. Colles, sumite planctum, et montes, luctum. Creaturam omnem in malorum nostrorum miserationem vocemus. Civitas tam magna, et orientalium caput, e medio tolli terrarum orbe periclitatur: nunc quæ multos habebat filios, repente sine filiis facta est, et qui auxilietur, nemo. Læsus enim est qui non habet parem ullum super terram: Imperator enim est, fastigium et caput omnium super terram hominum. Propterea ad supernum Regem confugiamus, illum in auxilium invocemus; nisi supernam assequamur gratiam, nulla commissorum reparatio relinquitur.

3. Voluissem hic concionem solvere: nolunt enim gementium animi longos extendere sermones; sed sicut nubes quædam densa, et sub solarem radium currens, omnem retrorsum splendorem avertit: sic et tristitiæ nebula, cum ante animum nostrum steterit, non sinit facilem esse orationis cursum, sed suffocat, et cum multa vi intus reprimat. Et hoc non dicentibus tantum, sed et audientibus accidit; sicut enim ab animo dicentis non concedit ipsam cum fa-

calitate exsilire : sic nec in audientium mentem permittit illabi cum propria virtute. Idcirco et Judæi quondam luto et lateritio operi servientes (*Exod.* 6. 9), Moysen magna de ipsorum salute sæpe dicentem audire non poterant, tristitia verbis inaccessam mentem reddente, et auditum obstruente. Igitur volebam quidem et ipse finem hic dicendi facere; sed cogitans quod non solum nebulae natura radii in anteriora processum impedit, sed et contrarium ipsa sæpe patitur : cum enim sol calidior continue illapsus nubem contriverit, medium ipsius sæpe dissipavit, et totus simul elucens, splendidus cementium obtutibus incidit : hoc et ipse hodie me facturum spero : ac sermone in animis vestris assidue versante, et diutius immorante, solum iri spero tristitiæ nebulam, et mentem vestram solita rursum doctrina micaturam. Sed præbete mihi animam vestram, præbete mihi aliquantulum aures, tristitiam excutite; ad priorem consuetudinem redeamus, et sicut consuevimus semper cum lætitia huc advenire, sic et nunc faciamus, omnia in Deum rejicientes. Hoc et ad ipsam calamitatis solutionem nobis conferet. Si enim Dominus nos viderit sermones suos cum sedulitate audientes, et disciplinam a nobis temporis difficultate non respui, celeriter nos suscipiet, et tranquillitatem faciet et ex præsentis procella bonam mutationem.

Christianus spe futurorum omnia generose ferre debet.

— Christianum enim et in hoc ab infidelibus differre oportet, ut omnia generose ferat, et spe futurorum erectus humanorum malorum impetu se superiorem exhibeat. Supra petram statutus est fidelis : propterea et undarum ictibus inexpugnabilis est. Si enim tentationum undæ elevate fuerint, ad illius pedes non perveniunt : hic omni tali incursu sublimior firmatus est. Ne igitur animo concidamus, dilecti : non sic salutem nostram curamus, sicut qui fecit nos Deus : non tantæ nobis curæ est, nihil grave pati, quantæ illi qui nobis animam donavit, et tot post hæc bona contulit. His spei rationibus nostros animos erigamus, et dicenda cum alacritate solita audiamus. Longam nuper apud charitatem vestram extendi concionem, et omnes obsequentes cernebam, nullumque ex media reversum via.

Contra blasphemos. — Gratiam vobis de illo animi studio habeo, et laborum mercedem accepi; sed et aliam a vobis tunc mercedem exegi. Forte nostis et meministis. Quæ vero merces erat? Civitatis blasphematores punire, et castigare Deum contumelia afflicientes, et furiosos cohibere. Non ex me ipso talia me dixisse arbitror, sed Deum futura providentem in mentem nostram verba misisse. Si enim talia ausos punissemus, non talia nunc accidissent, quæ acciderunt. Quanto melius erat, si periclitari oportebat, ipsos castigantes et corrigentes aliquid pertulisse, quod et martyrii coronam nobis attulisset, quam nunc formidare et tremere, et ex illorum petulantia mortem exspectare? Ecce crimen a paucis commissum est, et culpa communis efficitur : ecce propter illos nunc omnes pavescimus, et ab illis patratorem pœnas ipsi sustinemus. Si autem prævenientes ipsos ex urbe

expulissemus, et correxissemus, et ægrotum curasemus membrum, non præsentem teneremur pavore. Novi civitatis mores a majoribus liberales, sed peregrini quidam et promiscui homines, scelesti et perniciosi, et de sua desperantes salute, ausi sunt ea, quæ patrata sunt. Propterea clamare et contestari non destiti : Blasphemantium furorem puniamus, ipsorum mentem castigenus, ipsorum salutem provideamus; et si hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc asseret lucrum : ne communem dominum contumeliis affici negligamus; magnum civitati malum pariet talia despicere.

4. Hæc prædicebam, hæc nunc acciderunt, et torporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum despexisti : ecce permisit Imperatorem contumelia affici, et de extremis periculum omnibus impendere, ut in hoc timore illius negligentiae pœnas demus. Num igitur frustra, num temere hæc prædicebam, et assidue vestram charitatem interpellabam? Sed tamen nihil amplius factum est; sed fiat nunc, et e præsentis calamitate castigati, inordinatum illorum furorem cohibeamus : obstruamus ipsorum ora, tanquam fontes mortiferos ocludamus, et in contrarium mutemus, et penitus evanescent mala, quæ civitatem comprehenderunt.

Chrysostomus plausus rejicit. — Non est theatrum ecclesia, ut ad delectationem audiamus : adjutos hinc recedere oportet, lucratos quiddam amplius et magnum, sic recedere expedit : siquidem temere et frustra accesserimus, si ad tempus instituti dictorum postea utilitate vacui recedamus. Quæ mihi horum plausuum utilitas? quæ laudem et tumultuum? Laus mea est, ut vos omnia quæ dicuntur, operibus exhibeatis : tunc ego felix habendus et beatus : non quando cum applausu exceperitis, sed quando cum alacritate feceritis quæcumque a nobis audieritis. Quisque proximum corrigat : *Ædificate enim alter alterum* (1 *Thess.* 5. 11), inquit. Nisi enim hoc faciamus, a quocumque admissum scelus commune quoddam et intolerabile damnum civitati asseret. Ecce nullius conscii non minus iis, qui peccaverunt, terribi sumus et contremiscimus, ne omnes Imperatoris ira corripiat. Nec enim in excusationem nobis dicere sufficit : Non aderam, non conscius eram, non facinorum consors fui. Ob hoc igitur, inquit, punieris, et ultimam pendes pœnam, quia non adfuisti, nec prohibuisti, non cohibuisti tumultuantes, nec pro Imperatoris honore periclitatus es. Non patratum participasti? laudo hoc et accepto; sed neque facta prohibuisti; hoc accusatione dignum. Hæc et a Deo verba audiemus, quando cum silentio contumelias et injurias in ipsum commissas patimur : quoniam et is qui talentum defodit (*Matth.* 25. 25. 30), non pro reati-bus suis tunc accusabatur; integrum enim depositum reddidit; sed quoniam ipsum non multiplicavit, quoniam non castigavit cæteros, quoniam argentum ad nummularios non detulit, hoc est, non admonuit, non

¹ Quidam manuscripti, *mortalem et fragilem.*

consilium dedit, non increpuit, non correxit proximos peccatores inordinatos; idcirco absque misericordia in illas intolerabiles poenas mittebatur. Sed si non antea, nunc saltem spero vos huic emendationi advigilatos, et Deum contumelia affectum non neglecturos. Possunt enim quæ acciderunt, licet momento nemine, vel insensatis deinceps, ut propriam asserant salutem, persuadere. Nobis vero jam hora est, solitam vobis ut a Paulo mensam apponamus, lectionemque hodiernam promamus, et in medio omnibus proponamus. Quid igitur est hodie lectum? *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere* (1. Tim. 6. 17). Qui dixit, *Divitibus hujus sæculi*, demonstravit et alios futuri sæculi divites esse: qualis ille Lazarus erat, in præsentem quidem vitam pauper, in futura vero dives: non auro et argento et ulla tali corruptibili et marcescibili materia affluens, sed arcanis illis bonis¹, quæ *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* (1. Cor. 2. 9).

Veræ divitiæ quæ? — Hæ namque veræ divitiæ et opulentia, quando et immarcescibilia sunt bona, et nullam capiunt mutationem. At non talis erat ille contemptor dives, sed omnium pauperrimus factus est. Post hæc igitur stillam obtinere querens, nec ipsius factus est compos: in tam extremam devenerat paupertatem. Idcirco præsentis sæculi divites appellavit, ut discas quod cum vita præsentem opulentia dissolvitur: non procedit ulterius, non simul inigrat cum possessoribus migrantibus, sed ipse sæpius et ante finem deserit: quod et ipsum demonstrat dicens, *Neque sperare in incerto divitiarum* (1. Tim. 6. 17): nihil enim tam infidum, quam divitiæ: quod cum sæpe dixerim, dicere non cessabo, quod fugitivus est et ingratus servus fidem non habens, vel si innumera ipsi vincula injicias, sic quoque cum ipsis vinculis aufugit. Sæpius igitur pessulis et foribus ipsum possessores concluderunt, servorum adhibita custodia: ille vero servis subornatis cum ipsis fugit custodibus, tamquam catenam eos trahens, et nihil profuit custodia. Quid hoc infidelius? quid vero iis, qui circa hunc studium collocant, miserabilius? quando rem tam labilem omni studio colligere aggrediuntur, nec prophetam audiunt dicentem, *Væ iis qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur* (Psal. 48. 7). Dic quare, *Væ? Thesaurizat*, inquit, *et ignorat, cui congregabit ea* (Psal. 53. 7): quoniam labor quidem certus, fructus vero incertus. Sæpius inimicis laboras, et ærumnis conficis: sæpius post mortem tuam ad eos qui te affecerunt injuria, et innumeris circumvenerunt insidiis, hereditas veniens, tibi quidem peccata, possessionem vero aliis præbuit.

5. Jam illud inquirere dignum est, quare non dixit, *Divitibus præsentis sæculi præcipe non ditescere, præcipe depauperari, præcipe quæ habent exhaurire*: sed dixit, *Præcipe non sublime sapere*? Novit quod divitiarum radix et materia sit superbia: et si quis modice vivere scierit, non multam earum curam aget. Qua

¹ Unus Codex et Savil. in marg., *arcana et ineffabilibus bonis*.

enim, dic mihi, de causa multos circumducis servos, parasitos, adultores, et reliquam omnem pompam? Non utilitatis causa, sed arrogantiae solius, ut ex his venerabilior aliis hominibus esse videaris. Præterea novit non prohibitas esse divitias, si quis in necessitatem ipsis usus fuerit. Sicut enim dixi, non mala res vinum, sed mala ebrietas: ita non mala res divitiæ, sed mala avaritia, mala cupiditas. Aliud avarus, et aliud dives: avarus non est dives, avarus multis indiget, indigens autem multis numquam dives esse possit. Avarus custos est, non dominus pecuniarum; servus, non possessor: facilius enim alicui ex propriis carnibus, quam ex defosso auro communicaret. Velut enim jussus nihil de repositis tangere, sic cum omni diligentia ea servat et detinet, a suis tanquam alienis abstinens: et certe sunt aliena. Quæ enim aliis erogare nunquam pateretur, neque in egenos distribuere, etiam si infinitas sustineret poenas: quomodo hæc esse propria putare posset? Quomodo vero eorum habet possessionem, quorum nec usum, nec fructum cum libertate habet? Ad hæc vero non omnibus omnia Paulus imperare consuevit, sed et audientium imbecillitati se attemperat, sicut et Christus fecit. Etenim illi diviti ad se accedenti, et de vita loquenti, non dixit: *Vade, vende omnia quæ habes*; sed hoc prætermittens, de aliis ipsum mandatis instruit. Deinde postquam ille ipsum invitavit, inquit: *Quid adhuc mihi deest* (Matth. 19. 20)? neque tum simpliciter dixit, *Vende omnia quæ habes*; sed, *Si vis perfectus esse, vende quæ habes* (Ib. v. 21): hoc in tuo pono arbitrio, te electionis dominum constituo, non in necessitate traho. Propterea et Paulus nihil de paupertate divitibus loquebatur, sed de humilitate, tum propter audientium imbecillitatem, tum quia optime sciebat, si modeste agerent, et a superbia alieni essent, brevi futuros a studio divitiarum liberos. Præterea non altum sapere admonens, et modum, quo non altum sapere possint, demonstravit. Quis vero hic est? Si divitiarum naturam animadvertent, quam incertæ sint et infidæ: quapropter intulit, *Neque sperare in divitiarum incerto*. Dives est, non qui multa possidet, sed qui multa largitur: dives erat Abraham, sed non avarus: non enim hujus domum considerabat, nec illius substantiam curiose scrutabatur; sed egrediens explorabat, num alicubi hospes, num alicubi pauper, ut paupertatem resarciret, ut peregrinum exciperet: non auro tectum linivit, sed apud quercum illam tabernaculum figens, foliorum umbra contentus erat: et tam splendidum ipsi erat diversorium, ut nec angelos apud ipsum manere puderet; non enim quærebant domus splendorem, sed animi virtutem. Hunc et nos imitemur, charissimi, et quæ habemus, in pauperes impendamus. Rudi modo paratum erat ibi tabernaculum, sed regiis aulis splendidus fuit.

Hospitalitatis laus et præmium — Nullus unquam rex angelos suscepit: hic vero sub quercu sedens illa, cellamque figens, hoc honore dignus habitus est, non propter domus vilitatem honoratus, sed propter animi

απεζίταις α οὐ κατέβαλε, τουτέστιν, οὐ παρ-
οῦ συνεβούλευσεν, οὐκ ἐπετίμησεν, οὐ διώρθωσε
ἡσίων ἀκοσμοῦντας τῶν πονηρῶν· διὰ τοῦτο χω-
γνώμης ἀπάσης εἰς τὰς ἀφρητοὺς ἐπέπετο κο-
ἐκείνας. Ἄλλ' ὅτι μὲν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν
ἰύτην ἐργάσαθε τὴν διόρθωσιν, καὶ τὸν θεὸν
μενον οὐ περιόψεσθε, σφόδρα πεπίστευκα. Ἰκανὰ
συμβεδηκότα, εἰ καὶ μηδεὶς ὁ παραινῶν ἦν, καὶ
ὄδρα ἀναισθητῶς διακειμένους πείσαι λοιπὸν τῆς
ἐπιλαθέσθαι β σωτηρίας. Ἡμῖν δὲ ὥρα λοιπὸν
θυῖαν ὑμῖν ἀπὸ τοῦ Παύλου παραθεῖναι τράπεζαν,
μερον ἀναγνωσθεῖσαν ῥῆσιν προχειρισαμένους,
μέσον καταθεμένους ἅπασιν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ
ἀναγνωσθέν; *Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι
εἰλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν*. Εἰπὼν, *Τοῖς πλου-*
ν τῷ νῦν αἰῶνι, ἔδειξε καὶ ἑτέρους ἔντας πλου-
ῖος τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ὅσος ἐκεῖνος ὁ Λάζαρος
ἃ μὲν τὸν παρόντα βίον πένης, κατὰ δὲ τὸν μέλ-
λούσιος, οὐ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τοιαύτη τινὶ
καὶ ἐπιτήρησιν πλουτῶν ἔλη, [26] ἀλλὰ τοῖς ἀπορ-
ικείοις· ε ἀγαθοῖς, ἃ *Μῆτε ὀφθαλμοὺς εἶδε, μῆτε
νυσε, μῆτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέθε*.

γ γὰρ ἀληθῶς πλοῦτος καὶ εὐπορία, ὅταν καὶ
ε ἢ τὰ καλὰ, καὶ μηδεμίαν δέχεται μεταβολήν.
χ ὁ παριδῶν δ αὐτὸν πλούσιος τοιοῦτος, ἀλλὰ
πενέστερος ἐγένετο. Μετὰ ταῦτα γοῦν σταγόνας
ἐπιτυχεῖν, οὔτε αὐτῆς ἐγένετο κύριος· οὕτω
χάτην ἐληλάκει πενίαν. Διὰ τοῦτο πλουσίους τοῦ
αἰῶνος ἐκάλεσεν, ἵνα μάθῃς, ὅτι μετὰ τῆς παρ-
ωῆς καὶ ἡ εὐπορία συγκαταλέγεται· οὐ πρόεισι
ρω, οὐδὲ συμμεθίσταται ἀποδημοῦσι τοῖς ἔχουσιν,
ἀλλάκις αὐτοῦ καὶ πρὸ τῆς τελευταίας ἀφίτησιν·
· ο καὶ αὐτὸ δηλῶν ἔλεγε, *Μηδὲ ἡλπικένοι ἐπὶ
υ ἀδηλόγητι*. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπιστον, ὡς ὁ πλου-
αλλάκις εἶπον, καὶ λέγων οὐ πτύσομαι, ὅτι δρα-
στὴν ἀγνώμων, οἰκίτης πίστιν οὐκ ἔχων, κἂν μυ-
κῶ περιβάλλῃ πέδας, οὔτος καὶ τὰς πέδας αὐτὰς
μενος ἄπεισι. Πολλάκις γοῦν μοιχοῖς καὶ θύραις
σαν αὐτὸν οἱ κεκτημένοι, οἰκίτας περιστήσαντες·
· ὁ δὲ τοὺς οἰκίτας αὐτοῦ ἀναπαίσεις, μετ' αὐ-
δρα τῶν φυλαττόντων, καθάπερ ἄλυσιν τοὺς τη-
ἐπιτυρόμενος, καὶ πλέον οὐδὲν ἀπὸ τῆς φυλα-
μετο ταύτης. Τί τοῦτου γένοιτ' ἂν ἀπιστότερον;
· ἵν περὶ αὐτὸν ἐσπουδακώτως ἐλεινότερον; ὕταν
οὔτω σαθρὸν καὶ εὐμετάπτωτον πάση σπουδῇ
· ἵν ἐπιχειρῶσι, καὶ μὴ ἀκούωσι τοῦ προφήτου λέ-
· *Οὐαὶ οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν,
τῷ πλήθει τοῦ πλοῦτου αὐτῶν καυχώμενοι*.
· ἵνος ἔνεκεν οὐαὶ; *Θησανρίζει, ψοῖ, καὶ οὐ γι-
· τίνι συνάξει αὐτὰ· ὅτι ὁ μὲν πόνος δῆλος, ἡ δὲ
· πικ ἀηλος*. Πολλάκις ἐχθροῖς κάμνεις, καὶ ταλαι-
· πολλάκις μετὰ τὴν σὴν τελευταίην εἰς τοὺς ἡδι-
· καὶ μυρία σοὶ ἐπιβουλεύσαντας, ὁ κληρὸς ἐλθῶν,
· τὰ ἀμαρτήματα, τὴν δὲ ἀπόλαυσιν παρέσχεν ἐτέ-

· λ' ἄξιον ἐκεῖνο ἐξετάσαι, τίνος ἔνεκεν οὐκ εἶπε, *Τοῖς
· σοῖς ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ πλουτεῖν,
· εἰλε πένεσθαι, παράγγελλε τὰ θνα κενού, ἀλλὰ
· εἰλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν*. Οἶδεν ὅτι· τοῦ πλού-

1. et alii ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας.

1. ἀντιλαθέσθαι, alius ἀντικαθέμενος.

scodex et Savil. in marg. ἀπ. καὶ ἀνεκδιηγήτως ἐκείνοκ
καριδῶν. Infra Savil. et alius οὐδὲ ταύτης ἐγένετο.

1. et alius τελευταίας ἐγκατέλειπεν ὑπερ ὄν.

οἶδεν ἀκριβῶς ὅτι. Mox Savil. κἂν εἶδη τις, melius gram-
ιῶν ῥῆσι τις.

του ρίζα καὶ ὑπόθεσις ἐστὶν ἡ ἀπόνοια, κἂν εἶδη τις με-
τριάξειν, οὐ πολλὴν περὶ τὸ πρᾶγμα ποιήσεται σπου-
δὴν. Τίνος γὰρ ἔνεκεν, εἰπέ μοι, τοὺς πολλοὺς οἰκίτας
περιάγεις, τοὺς παρασίτους, τοὺς κόλακας, τὴν ἄλλην
ἅπασαν φαντασίαν; Οὐ χρείας ἔνεκεν, ἀλλ' ἀπονοίας μό-
νης, ἵνα ἀπὸ τούτων σεμνότερος τῶν ἄλλων ἀνθρώπων
εἶναι δοκῆς. Ἄλλως δὲ οἶδεν οὐ κεκωλυμένον τὸν πλού-
τον, ἐάν τις αὐτῷ εἰς δέον κεκρημένος ἦ. Ἄσπερ γὰρ
εἶπον, οὐ κακὸν ὁ οἶνος, ἀλλὰ κακὸν ἡ μέθη· οὕτως οὐ
κακὸν ὁ πλοῦτος, ἀλλὰ κακὸν ἡ πλεονεξία, κακὸν ἡ φιλ-
αργυρία. Ἐτερον φιλάργυρος, καὶ ἕτερον πλούσιος· ὁ
φιλάργυρος οὐκ ἐστὶ πλούσιος, ὁ φιλάργυρος πολλῶν
δεῖται· ὁ δὲ πολλῶν δεόμενος οὐκ ἂν εὐπορήσειε ποτε ε.
Ὁ φιλάργυρος φύλαξ, οὐ δεσπότης ἐστὶ τῶν χρημάτων,
δοῦλος, οὐ κύριος [27] εὐκολώτερον γὰρ τῶν αὐτοῦ στρα-
κῶν μεταδοῖη τινὶ ἢ τοῦ κατωρυγμένου χρυσοῦ. Καὶ καθ-
ἄπερ τινὸς ἐπιτάττοντος καὶ κελεύοντος· μηδεὶς ἄψασθαι
τῶν ἀποκειμένων· οὕτω μετὰ πάσης ἀκριβείας αὐτὰ
τηρεῖ καὶ κατέχει καθάπερ ἄλλοτριῶν ἀπεχόμενος τῶν
οικείων ἂ. Καὶ γὰρ ἐστὶν ὄντως ἄλλοτρια· ἃ γὰρ εἰς
ἐτέρος ἐκβάλλειν οὐκ ἂν ἔλιτο, οὐδὲ τοῖς δεομένοις δια-
νεῖμαι. κἂν μυρίας ὑποκαταῖη τιμωρίας, πῶς ἂν δύναιτο
ταῦτα ἴδια νομίζειν εἶναι; Πῶς δὲ ἔχει τὴν κτῆσιν, ὡν
τὴν κτῆσιν οὐκ ἔχει μετὰ ἀδείας, οὐδὲ τὴν ἀπόλαυσιν;
Πρὸς δὲ τοῦτοις οὐ πᾶσι πάντα ἐπιτάττει ὁ Παῦλος
εἶθωθεν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἀκούοντων ἀσθενείᾳ συγκατα-
θαίνει, καθάπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε. Καὶ γὰρ
ἐκείνῳ τῷ πλουσίῳ προσελθόντι, καὶ περὶ τῆς ζωῆς
αὐτῷ διαλεγόμενῳ οὐκ εἶπεν, Ἵπαγε, πώλησόν σου τὰ
ὑπάρχοντα, ἀλλ' ἀρείς τοῦτο, περὶ ἐτέρου αὐτῷ ἐντολῶν
διελέγετο· εἶτα ἐπειδὴ ἐκεῖνος αὐτὸν προεκαλέσατο, καὶ
φῆσιν· Τί ἐτι μοι λείπει; οὐδὲ τότε ἀπλῶς εἶπεν, Πώ-
λησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, ἀλλ', *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι,
ὑπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*· ἐπὶ τῇ σῇ τι-
θημι γνώμῃ, σὲ κύριον ποιῶ τῆς προαιρέσεως ἰ, οὐκ
εἰς ἀνάγκην ἄγω. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος οὐδὲν περὶ πε-
νίας τοῖς πλουτοῦσι διελέγετο, ἀλλὰ περὶ ταπεινοφρο-
σύνης, διὰ τε τὴν ἀσθενείαν τῶν ἀκούοντων, καὶ τὸ σφό-
δρα εἶδέναι, ὅτι τὸ μετριάξειν καὶ ἀπονοίας ἀπηλλάχθαι
ποιήσῃ ταχέως αὐτοῦ καὶ τῆς περὶ τοῦ πλουτεῖν ἀπαλ-
λαγῆναι σπουδῆς. Εἶτα παραινέσας μὴ ὑψηλοφρονεῖν,
ἐδίδαξε ἰ καὶ τὸν τρόπον, καθ' ὃν δυνήσονται μὴ ὑψη-
λοφρονεῖν. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Εἰ τοῦ πλοῦτου τὴν φύ-
σιν καταμάθοιεν, ὡς ἀηλὸς τίς ἐστι καὶ ἀπιστος, διὰ
τοῦτο ἐπήγαγε· *Μηδὲ ἡλπικένοι ἐπὶ πλοῦτου ἀδη-
λόγητι*. Πλούσιός ἐστιν οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ
πολλὰ διδοῦς· πλούσιος ἦν ὁ Ἀβραάμ, ἀλλ' οὐ φιλάρ-
γυρος· οὐ γὰρ περιεσκόπει τὴν τοῦ δεινὸς οἰκίαν, οὐδὲ
περιεργάζετο τὴν τοῦ δεινὸς οὐσίαν· ἀλλ' ἐξῶν περι-
εσκόπει μὴ που ξένος, μὴ που πένης, ὥστε διορθῶσαι
τὴν πενίαν, ὥστε ὑποδέξασθαι τὸν ὀδίτην. Οὐ χρυσῶ
τὸν ὄροφον ἤλειφεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν δρῶν ἐκείνην τὴν
καλύβην πηξάμενος, τῇ τῶν φύλλων ἠρκεῖτο σκια· καὶ
οὕτω λαμπρὸν ἦν αὐτῷ τὸ καταγώγιον, ὡς μηδὲ ἀγγέ-
λους ἐπαισχυνθῆναι τὴν παρ' ἐκείνῳ μονήν· οὐ γὰρ
λαμπρότητα οἰκίας ἐπεζήτητο, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετήν.
Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, ἀγαπητοί, καὶ τὰ
θνα εἰς τοὺς δεομένους ἀναλίσκωμεν. Ἐσχεδιασμένον ἦν
ἐκεῖνο τὸ καταγώγιον, ἀλλὰ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν λαμ-
πρότερον ἦν.

Βασιλεὺς οὐδεὶς οὐδέποτε ἀγγέλους ὑπεδέξατο, ὁ δὲ ὑπὸ

ε Savil. et alii οὐκ ἂν εὐπορος εἴη ποτέ.

ἂ Alii τῶν ἰδίων. Infra alii ὑποστῆ.

1 Sic maxima pars mss. Savil. autem et Morel. τῆς ἀίρεσεως.

1 Omnes ἰδίδιαε, praeter Morel. qui habet ἰδία.

τὴν δρῶν καθήμενος ἐκείνην καὶ καλύβην πηξάμενος ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, οὐ διὰ τὴν εὐτέλειαν τῆς οἰκίας τιμηθεὶς, ἀλλὰ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῆς ψυχῆς καὶ τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον αὐτῆ ταύτης ἀπολαύσας τῆς δωρεᾶς. Καὶ ἡμεῖς τοῖνον μὴ τὰς οἰκίας καλλωπίζωμεν, ἀλλὰ πρὸς τῆς οἰκίας τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν μαρμάρους μὲν περιβάλλειν τοὺς τοίχους εἰκὴ καὶ μάτην, τὸν δὲ Χριστὸν γυμνὸν περιερχόμενον περιπαρῆν; Τί σοι τῆς οἰκίας βρελος, ἄνθρωπε; μὴ γὰρ λαβὼν αὐτὴν ἀπέλευση; [28] Οὐ ταύτην λαβὼν ἀπέλευση, τὴν δὲ ψυχὴν ἀπέλευση πάντως λαβὼν. Ἴδου τοιοῦτος κίνδυνος κατέλαβεν νῦν παραστῆσαν ἡμῖν αἱ οἰκίαι, λυσάτωσαν ἡμῖν τὸν ἐπιτηρημένον κίνδυνον ἀλλ' οὐ δυνήσονται. Καὶ μάρτυρες ὑμεῖς οἱ καταλιμπάνοντες αὐτὰς ἐρήμους, καὶ πρὸς τὴν ἐρημίαν ἀποτιδόντες, καθάπερ παγίδας καὶ δίκτυα δεδοικότες. Βοηθεῖτω τὰ χρήματα νῦν ἀλλ' οὐκ ἔχει καιρὸν. Εἰ δὲ ἔνθα ἀνθρώπου ὀργὴ, χρημάτων ἐλέγχεται δύναμις, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀδεκάστου δικαστηρίου τοῦτο γενήσεται. Εἰ ἀνθρώπος ἐστὶν ὁ παροξυνόμενος καὶ ἀγανακτῶν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τὸ χρυσίον ὠφελεῖ νῦν, πολλῶ μᾶλλον ὀργιζόμενον τοῦ Θεοῦ τοῦ μὴ δεομένου χρημάτων, ἀσθενήσει πάντως τοῦ χρυσοῦ ἢ δύναμις. Οἰκίας οἰκοδομούμεθα, ἵνα οἰκώμεν, οὐχ ἵνα φιλοτιμώμεθα. Τὸ μείζον τῆς χρείας, περιττὸν τῆς χρείας ἐστὶ καὶ ἀχρηστον. Ὑπόδησαι ὑπόδημα τοῦ ποδὸς μείζον ἀλλ' οὐκ ἀνέξῃ· ἐμποδίζει γὰρ σοι πρὸς τὴν βᾶδισιν· οὕτως καὶ οἰκία μείζον τῆς χρείας ἐμποδίζει πρὸς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀποδημίαν. Βούλει λαμπρὰς καὶ μεγάλας οἰκοδομεῖν οἰκίας; οὐ κωλύω, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ γῆς οἰκοδομήσον σκηναὶς ἐν οὐρανοῖς, ἵνα καὶ ἐτέρους ὑποδέξασθαι δυνηθῆς, σκηναὶς οὐδέποτε καταλυομένας. Τί μέμηνας περὶ τὰ φεύγοντα, καὶ τὰ ἐνθάδε μένοντα; Οὐδὲν σφαλεριώτερον πλοῦτου, σήμερον μετὰ σοῦ, καὶ αὔριον κατὰ σοῦ, τοὺς τῶν βασιλέων ὄφθαλμοὺς ὀπλίζει πάντοθεν· πολέμιός ἐστιν ὁμόσκιμος, ἐχθρὸς σύνοικος· καὶ μάρτυρες ὑμεῖς οἱ κεκτημένοι, οἱ παντὶ τρόπῳ κατορύττοντες αὐτὸν καὶ ἀποκρύπτοντες· ἐπεὶ καὶ νῦν τὸν κίνδυνον ἀφορητότερον ἡμῖν ὁ πλοῦτος ποιεῖ. Ὅρας γοῦν τοὺς μὲν πένητας εὐζώνους καὶ ἀπολελυμένους, καὶ πρὸς ἅπαντα παρσκευασμένους· τοὺς δὲ πλουσίους πολλὴν ἔχοντας δυσκολίαν, καὶ περιόντας, καὶ ζητούντας τοῦ τὸ χρυσίον κατορύξωσι, ζητούντας τίνα κατάθωκοι. Τί ζητεῖς, ἄνθρωπε, τοὺς ὁμοδούλους; ἔστι γὰρ ὁ Χριστὸς ἔτοιμος ὑποδέξασθαι, καὶ τηρῆσαι σοι τὰς παρακαταθήκας, οὐχὶ τηρῆσαι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πλεονάσαι, καὶ μετὰ πολλῆς ἀποδοῦναι τῆς προσθήκης· ἐκ τῆς ἐκείνου χειρὸς οὐδεὶς ἀρπάξει. Οὐ τηρεῖ δὲ μόνον τὰς παρακαταθήκας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦτου λύει σοι τοὺς κινδύνους. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἱ δεξάμενοι τὰς παρακαταθήκας χάριν ἡμῖν δεδωκέναι νομίζουσι, φυλάττοντες ἅπερ ἔλαβον· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ τούναντιον· οὐ γὰρ δεδωκέναι χάριν, ἀλλ' εἰληφέναι χάριν, ὅταν δέξηται σοι τὰς παρακαταθήκας, φησὶν, καὶ ὑπὲρ τῆς φυλακῆς αὐτῆς, ἣν περὶ τὰ χρήματα ἐπιδείκνυται τὸ σὰ, οὐκ ἀπαιτεῖ σε μισθόν, ἀλλὰ δίδωσι σοι μισθόν.

ς'. Ἄρα τίνας ἀνείτημένολογίας ἀξιοί, τίνας δὲ συγγνώμης, ὅταν παρατρέχοντες τὸν καὶ φυλάξαι δυνάμενον, καὶ χάριν ὑπὲρ τῆς φυλακῆς εἰδότες, καὶ μισθοὺς ἀπερῆτους καὶ μεγάλους ἀποδιδόντα ἀντὶ τῆς φυλακῆς ταύτης τοῖς κατὰ τὴν φυλακὴν ταύτην ἀσθενούσιν ἀν-

* Οὐ ταύτην λ. ἀπέλ. Hæc, in Savilio expressa, ut quæ sententiæ partes optime connectant, adjecimus. EDIT.

β Αἱεὶ παρακατάθωκοι.

θρώποις, καὶ χάριν ἡμῖν διδόναι νομίζουσι, καὶ μόνον αὐτὰ τὰ διδόμενα ἀποδιδούσιν ὑστερον, ἐκείνους τὰ ἡμέτερα ἐγγερίζωμεν; Ξένος εἰ καὶ παρεπίδημος τῶν ἐνταῦθα; πατρίδα ἔχεις ἐν οὐρανοῖς, πάντα ἐκεῖ μετᾶθε; [29] ἵνα καὶ πρὸς τῆς ἀπολαύσεως ἐνταῦθα ἀπολαύσης τῆς ἀμοιβῆς. Ὁ γὰρ χρησταὶς συντρεφόμενος ἐλπίσι καὶ περὶ τῶν μελλόντων θαρρῶν, ἐντεῦθεν ἤδη τῆς βασιλείας ἐγεύσατο. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ψυχὴν εἴωθεν ἀνακτᾶσθαι καὶ ἀμείνω ποιεῖν, ὡς ἡ χρηστὴ τῶν μελλόντων ἐλπίς, ἐὰν ἐκεῖ μεταθῆς τὸν πλοῦτον, καὶ τῆς ψυχῆς ἐπαμείληση τῆς σεαυτοῦ μετὰ σχολῆς τῆς προσηκούσης. Οἱ μὲν γὰρ ἅπασαν τὴν σπουδὴν εἰς τὸν καλλωπισμὸν κενούντες τῆς ἑαυτῶν οἰκίας, ἐν τοῖς ἔξω πλουτούσιν, ἀμελοῦσι τῶν ἔνδον, ἐρημον καὶ ἀυχμῶσαν καὶ ἀραχνίαν γέμουσαν περιορῶντες· τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν· ἂν δὲ τῶν ἔξωθεν ἀμελήσαντες, εἰς τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν τὴν προθυμίαν καταναλώσωσιν ἅπασαν, πανταχόθεν αὐτὴν καλλωπίζοντες, καταγύγιον ἔσται τῷ Χριστῷ τῶν τοσούτων ἀνθρώπων ἢ ψυχῆ· τοῦ δὲ τὸν Χριστὸν ἔχοντος ἔνοικον, τί γένοιτο· ἂν μακαριώτερον πώποτε; Βούλει πλουτεῖν; ἔχει φίλον τὸν Θεόν, καὶ πάντων ἐυπορώτερος ἔσθι. Βούλει πλουτεῖν; μὴ μέγα φρονεῖ· τοῦτο οὐ πρὸς τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐπιτήδειον· οὐδὲν γὰρ οὕτω; ἐπίφθονον, ὡς ἄνθρωπος πλουτῶν· ὅταν δὲ καὶ ἀπόνοια προσῆ, διπλοῦς ὁ κρημνὸς γίνεται, χαλεπώτερος παρὰ πάντων ὁ πόλεμος. Ἄν δὲ μετριάξῃ εἰδῆς, ὑποτέμνη δὲ τῆ ταπεινοφροσύνῃ τῆς βασιλείας τὴν τυραννίδα, καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἔχεις ἅπερ ἂν ἔχης. Τοιαυτὴ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ φύσις, οὐ πρὸς τὰ μέλλοντα ἡμᾶς ὠφελεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ἤδη δίδωσι τὰς ἀμοιβὰς. Μὴ τοῖνον μέγα φρονώμεν ἐπὶ τῷ πλοῦτι, ἀλλὰ μηδὲ ἐφ' ἐτέρῳ μηδενί. Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῖς πνευματικῶς ὁ μέγα φρονῶν οἶχεται καὶ ἀπόλωλε, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς σαρκικοῖς. Ἐνοήσωμεν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀναλογισώμεθα ἡμῶν τὰ ἀμαρτήματα, μάθωμεν τίνας ἔσμεν, καὶ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς πᾶσιν ταπεινοφροσύνης ἡμῖν ὑπόθεσιν. Μὴ μοι λέγε, ὅτι Τόσων καὶ τόσων ἐτῶν προσόδους ἀποκειμένας ἔχω, χρυσοῦ τάλαντα μυρία, κέρδη καθ' ἐκάστην προσγιγνώμενα τὴν ἡμέραν.

Ἔσθαι ἂν εἴπῃς, πάντα εἰκὴ καὶ μάτην ἐρεῖς· πολλάκις ἐν ὄρῳ μῆ, καὶ βραχεῖα καιροῦ ῥοπή, καθάπερ ἀνέμου προσπεσόντος ἄνωθεν κόνις εὐρίπιστος, οὕτω ταῦτα πάντα ἐκφυσάται τῆς οἰκίας. Καὶ τοῦτων πληθῆς μὲν ὁ βίος ἡμῖν τῶν παραδειγμάτων, πλήρεις δὲ αἱ Γραφαὶ τῶν διδαγμάτων· ὁ σήμερον πλούσιος, αὔριον πένης. Διὸ καὶ πολλάκις ἐγέλασα διαθήκας ἀναγινώσκων ληγούσας· Ὁ δεῖνα μὲν ἐχέτω τὴν δεσποτείαν τῶν ἀγρῶν, ἢ τῆς οἰκίας, τὴν δὲ χρῆσιν ἄλλος· πάντες γὰρ τὴν χρῆσιν ἔχομεν, τὴν δεσποτείαν δὲ οὐδεὶς. Κἂν γὰρ παρὰ πᾶσαν ἡμῖν τὴν ζωὴν παραμὲν μηδεμίαν μεταβολὴν ὁ πλοῦτος δεχόμενος, καὶ ἐκόντες καὶ ἄκοντες ἐν τῇ τελευτῇ παραχωρήσωμεν ἐτέροις, τὴν χρῆσιν αὐτοῦ καρπωσάμενοι μόνον, τῆς δεσποτείας δὲ γυμνοὶ καὶ ἐρημοὶ πρὸς ἐκείνην ἀποδημοῦντες τὴν ζωὴν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἐκείνοι μόνον τὴν δεσποτείαν ἔχουσιν, οἱ καὶ τῆς χρήσεως αὐτοῦ καταφρονήσαντες, καὶ τῆς ἀπλάουσως καταγελάσαντες. Ὁ γὰρ τὰ δὲντα βίβας, καὶ τοῖς πένησιν αὐτὰ διδούς, ἐχρήσατό τε εἰς θεὸν τοῖς οὔσι, καὶ τὴν δεσποτείαν αὐτῶν ἔχων ἀπῆλθεν, οὐδὲ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ τῆς κτήσεως ἐκπίπτων ἐκείνης, [30] ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ πάντα ἀπολαμβάνων τῷ καιρῷ, καὶ πολλῶ πλείονα ἐκείνων, ὅταν αὐτῶν μάλιστα δέχεται τῆς προστασίας ἐν τῇ τῆς

* Morel. περιορῶντες, Savil. et alii περιορῶσι.

δ Αἱεὶ ὑποτέμνεις.

* Savil. et quidam mss. διαδούς.

ornatum et divitias in ipso repositas hoc munere potius. Et nos igitur ne domos ornemus, sed potius quam domum animam nostram. Quomodo enim non turpe, marmoribus parietes frustra et temere contingere, Christum vero nudum circumeuntem negligere? quæ tibi domus utilitas, homo? numquid enim ipsam tecum ducens abibis? Non hanc tecum ferens abibis, animam vero omnino ferens migrabis. Ecce nunc tale nos exceptit periculum: assistant nobis domus, solvant periculum nobis imminens; sed non poterunt. Vos ipsi mihi testes estis, desertas eas derelinquentes, et ad solitudinem exsistentes, tamquam laqueos et retia eas timentes. Opitulentur nunc divitiæ; sed opportunitatem non habent. Quod si ubi hominis ira, pecuniarum vis superatur, multo magis in divino et implacabili iudicio hoc flet. Si homo est qui exacerbatur, et ægre fert, et nihil nobis nunc aurum prodest: multo magis irascente Deo, qui pecuniis non indiget, auri potentia penitus evanesceat. Domos ædificamus, ut habitemus, non ut superbiamus. Quod necessitatem excedit, superfluum est et inutile. Calceare calceum pede majorem, sed non tolerabis; te enim ad gressum impedit: sic et domus necessitate major, in cælos transitum impedit. Vis magnas et splendidas domos ædificare? non prohibeo, sed non super terram: ædifica tabernacula in cælis, ut et alios excipere possis, tabernacula nunquam deficientia. Quid insanis circa fugientia, et hic manentia? Nihil divitiis fallacius: hodie tecum, et cras contra te, invidiorum oculos armant undique: hostes sunt contubernales, inimici domestici: et vos possidentes testes, qui omni modo ipsas infoditis et absconditis: quoniam et nunc nobis periculum intolerabilius divitiarum faciunt. Nam cæcis pauperes quidem succinctos et expeditos ad omnia paratos; divites autem multam habentes difficultatem, et circumeuntes, et quærentes ubi aurum infodiant, quærentes apud quem deponant. Quid quæris, homo, conservos? Christus stat ad suscipiendum paratus, et ad deposita tibi servanda, nec tantum servanda, sed etiam multiplicanda, et cum multo scœnore reddenda: ex illius manu nemo eripit. Non servat autem tantum deposita, sed etiam super iis, securum depositorem facit. In hominibus enim qui deposita suscipiunt, gratiam se nobis præstare putant, si custodiant quæ susceperunt; in Christo autem contrarium: non enim gratiam præstitisse, se accepisse se dicit, cum deposita susceperit tua: et pro ipsa custodia, quam circa pecunias tuas exhibet, non a te mercedem repetit, sed ipse tibi dat mercedem.

6. *Eleemosynæ fructus.* — Qua igitur sumus excusatione digni, qua venia, quando et custodire valentem, et pro custodia gratias habentem, et arcana et magna præmia pro hac custodia reddentem prætermittentes, hominibus circa huiusmodi custodiam debilibus, et gratiam nobis conferre se putantibus, et sola ipsa quæ dantur postea reddentibus, nostra tradimus? Hospes es hic et peregrinus; patriam habes in cælis: illuc omnia transcribe, ut et antequam fruaris, hic retributionem capias. Qui enim bona spe

PATROL. GR. XLIX.

alitur, et de futuris confidit, hic jam regnum gustavit. Nihil enim tantum animam reparare consuevit, et meliorem facere, quam bona futurorum spes, si eo transmittens divitias animæ tuæ curam cum otio congruenti egeris. Nam qui studium omne in domus suæ ornatu impendunt, in exterioribus divites, interiora negligunt, ac desertam, squalentem et araneis plenam animam suam despiciunt: si vero exteriora negligentes circa mentem suam omne studium impenderit, undique ipsam ornantes, tabernaculum Christo erit talium hominum anima: Christum autem habente inhabitatorem, quid unquam felicius esse posset? Vis ditari? amicum habeas Deum, et omnium ditissimus eris. Vis ditari? ne altum sapias. Hoc non ad futura tantum, sed etiam ad præsentia utile. Nihil enim tam invidiosum, quam homo dives: cum vero superbia accesserit, duplex paratur præcipitium, difficilius ab omnibus bellum. Si vero modeste vivere scieris, succidis humilitate invidiæ tyrannidem, et cum securitate habes quæcumque habes. Talis enim est virtutis natura, non ad futura nos tantum adjuvat, sed et hic jam retributiones præbet. Ne igitur in divitiis altum sapiamus, sed nec in ulla alia re. Si enim in spiritualibus altum sapiens labitur et perit, multo magis in carnalibus. Cogitemus naturam nostram, peccata recenseamus, discamus qui simus, et hoc nobis ad omnis humilitatis materiam sufficit. Ne dicas mihi: Tot et tot annorum proventus repositos habeo, auri tanta innumera, luca per singulos adaucta dies.

Divitiarum quam fluxæ. — Quantacumque dixeris, omnia temere dices et incassum: sæpe una hora et brevi temporis momento, velut vento superne irruente jactabilis pulvis, sic hæc omnia ex domo exsufflantur. Et horum nobis exemplorum vita plena, plenæ vero Scripturæ documentorum: hodie dives, cras pauper. Idcirco sæpius risi testamenta legens dicentia: Ille quidem habeat agrorum vel domus dominium, usum vero alius: omnes enim usum habemus, dominium autem nemo. Etsi enim nobis per omnem permaneant vitam nullam facientes divitiarum mutationem, velimus nolimus, in fine aliis cedemus, ipsarum usu solo recepto, dominio autem nudi et orbati ad illam vitam migrantes. Unde manifestum est, illos solos dominium habere, qui et ipsarum usum contempserunt, et fructum deriserunt. Qui enim facultatibus abjectis, ipsas pauperibus erogat, prout oportebat facultatibus usus est, et ipsorum dominium habens obiit, neque in ipsa morte illa excidens possessione, sed omnia illo recipiens tempore, et illis multo plura, quando in die iudicii illorum præsidio maxime egebit, et quando a nobis omnibus factorum rationes repetentur. Itaque si quis vult divitiarum et possessionem et usum et dominium habere, omnibus facultatibus suis se expediat: quoniam hoc si non faciat, in morte ab ipsis omnino separabitur: multoties vero et ante finem cum periculis et infinitis malis ipsas amittit. Nec hoc solum malum est, quod mutatio fit repente universa, sed quod impræmeditatus ad paupertatis tolerantiam dives deducitur. Sed

non talis pauper : non enim auro confidit et argento , inanimatis materiis , sed Deo omnia copiose præbent. Itaque dives magis in incerto quam pauper constitutus est , cum frequentes et continuas mutationes recipiat. Quid vero illud est , *Qui præstat nobis abunde omnia ad fruendum* (1. Tim. 6. 17) ? Omnia cum largitate dat Deus , quæ sunt multo magis quam pecuniæ necessaria , ut aerem , aquam , ignem , solem , omnia talia. Non licet dicere quod magis radiis dives , minus vero pauper fruatur : non licet dicere , quod copiosorem aerem quam pauper respiret oves , sed omnia paria et communia proposita sunt. Quare igitur majora quidem et magis necessaria , et vitam nostram continentia , communia Deus fecit ; minora vero et viliora non sunt communia , pecuniæ nimirum ? qua de causa ? Ut vita nostra conservetur , et virtutis stadia habeamus. Si enim non essent necessaria hæc communia , forte divites , solita usi avaritia , pauperes suffocassent : si enim in divitiis hoc faciunt , multo magis in illis fecissent. Rursum si et pecuniæ communes essent , et similiter omnibus propositæ , elemosynæ occasio sublata esset , et charitatis opportunitas.

7. Ut igitur secure vivamus , communes factæ sunt nobis vitæ causæ ; rursum , ut habeamus coronarum et laudum occasionem , non communes factæ sunt pecuniæ , ut avaritiam exosi , et justitiam sectantes , nostra indigentibus erogantes , aliquod peccatorum nostrorum remedium per viam hanc capiamus. Divitem te fecit Deus , quid te ipsum pauperem facis ? Divitem te fecit , ut egenis auxiliieris , ut peccata tua solvas per liberalitatem aliis exhibitam : dedit tibi pecunias , non ut in mortem tuam claudas , sed ut in salutem tuam effundas. Propterea et ipsarum possessionem incertam et non stabilem fecit , ut per hoc insanæ circa ipsas intentionem dissolveret. Si enim qui nunc possident , qui de ipsis confidere non valent , quinimo multas ex hac re nascentes insidias cernunt , sic circa illarum desiderium succenduntur : si et hoc additum esset , ut stabiles et minime caducæ forent , qui pepercissent ? a quo abstinuissent ? a qua vidua ? a quibus pupillis ? a quibus pauperibus ? Ne igitur magnum putemus bonum esse divitias : magnum enim bonum , non possidere pecunias , sed Dei timorem et reverentiam possidere. Ecce nunc si quis esset justus , et apud Deum fiduciæ habens multum , etsi omnium hominum pauperrimus esset , præsentia mala solvere posset ; satis enim esset tantum in cælum manus extendere , et Deum invocare , et hæc nebula præteriret. Aurum vero tantum repositum luto omni ad impendentium malorum solutionem inutilius est : nec in hoc tantum periculo , sed et si morbus comprehenderit , sive mors , sive aliud quid ejusmodi , redarguitur pecuniarum vis impotens , et nullam valens de proprio consolationem in adversis afferre. Unum est quo paupertatem divitiæ superare videntur , quotidianis diffluere deliciis , et multa in conviviis repleti voluptate. Hoc tamen et in pauperum mensa contingere videtur , et hos majori quam omnes divites voluptate frui. Et ne miremini , neve incredi-

bile putetis , quod dictum est : ex ipsa enim rerum demonstratione hoc vobis faciam manifestum. Nostis quippe omnes , et hoc confitemini , quod voluptatem in conviviis non ferculorum natura , sed convivantium dispositio facere consuevit : puta , cum fame quis mensam attingens , omni obsonio et condimento , et innumeris ciborum illecebris jucundioram escam gustabit , etsi omnium vilissima sit : necessitatem vero et esuriam præveniens , quod divites faciunt , si etiam placentas invenerit appositas , non sentiet voluptatem , ipsius appetitu non excitato. Et ut discas hoc ita se habere , testes quidem et vos omnes ; audiamus autem et Scripturam hoc ipsum dicentem : *Anima saturata favis illudit , animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur* (Prov. 27. 7). Et certe quid favis dulcius et melle ? Sed non jucundum , inquit , non esurienti. Quid vero amarum injucundius ? sed dulcia sunt in pauperie constitutis. Quod autem pauperes cum necessitate et esurie ad cibum veniant , divites vero eam non expectent , hoc cuique manifestum est : unde legitimam et sinceram voluptatem non capiunt. Nec in cibis tantum , sed et in potu idem accidere videre licet : et sicut illic esuries supra escarum naturam voluptatem inducit , sic et hic sitis jucundissimum potum facere consuevit , etsi pura sit aqua quæ bibatur. Et hoc ipsum Propheta demonstrans , dicebat : *Et de petra melle saturavit eos* (Psal. 80. 17). Atqui hoc nusquam in Scriptura lectum est , quod mel de petra Moses eduxerit , sed ubique fluvios , et aquas , et frigida fluentia. Quid igitur tandem est quod dicitur ? neque enim Scriptura mentitur. Postquam enim sitientes et indigentia defatigati in frigidiores aquas inciderunt , ex potu voluptatem asserere volens , mel aquam appellavit , non tanquam mutata in mel natura , sed bibentium dispositione fluentia melle jucundiora faciente. Didicisti , quo modo et potum suavem sitientium affectio reddere consuevit ? Multi igitur pauperes sæpe laborantes et defatigati , et siti ardentes , cum dicta voluptate talia libavere fluentia : divites vero vinum suave , et floris odorem , et omnem virtutem habens , quæ in vino optari possit , haurientes , non eandem sensere delectationem.

8. Hoc et in somno fieri videas. Non enim molle stratum , neque deargentatus lectus , neque quies in conclavi facta , neque aliud hujusmodi quiddam somnum dulcem et proclivem facere solet , sicut laborare et lassari , et vehementer somno indigentes et dormitantes reclinari : et hoc quidem testatur etiam rerum experientia : testatur autem et ante rerum experientiam Scripturarum sententia. Delicis enim innutritus Salomon idem demonstrare volens , dicebat : *Jucundus somnus servo , sive parum , sive multum comedit* (Eccl. 5. 11). Cur igitur addit , *Sive parum , sive multum comedit* ? Ambo hæc vigiliam inducere solent , indigentia et crapula : illa quidem corpus¹ arefaciens , et palpebras corneas reddens , nec claudi permittens :

¹ sic juxta savil. in. B. , pro , corpus , legitur , spiritum .

κς ἡμέρᾳ, καὶ ὅταν τῶν πεπραγμένων τὰς εὐθύναι τωμάθῃ πάντες. Ὡστε εἰ τις ἐθέλοι καὶ τῆν αὐτῶν καὶ τὴν γῆρσιν ἔχειν καὶ τὴν δεσποτείαν, ἐπέσθω τῶν ὄντων ἀπάντων· ὡς ὁ γε μὴ τοῦτο τῆ τελευτῇ μὲν αὐτῶν ἀποστῆσεται πάντως, πολὺ καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς μετὰ κινδύνων καὶ μυστὰ ἀποβαλεῖται κακῶν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ ὄν, ὅτι μεταβολὴ γίνεται ἀθρώως, ἀλλ' ὅτι καὶ ἔτος πρὸς τὴν τῆς πενίας ὑπομονὴν ὁ πλούσιος ἰ· ἀλλ' οὐχ ὁ πένης τοιοῦτος· οὐ γὰρ χρυσίω καὶ ψ θετάρρηκεν ἀψύχοις ὑλαίς, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ ντι πάντα πλουσίως· ὡστε ὁ πλούσιος ἐν ἀθήλῳ ἔστηκεν ἢ ὁ πένης. πυκνάς καὶ ἐπαλλήλους δε· τὰς μεταβολὰς. Τί δὲ ἐστὶ, τῷ παρέχοντι ἡμῖν τα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν α; Πάντα μετὰ κς δίδωσιν ὁ Θεός, τὰ πολλῶν τῶν χρημάτων ἰστερα, οἷον τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, τὸ πῦρ, τὸν ἵπαντα τὰ τοιαῦτα. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι πλειο- ολαύει τῆς ἀκτίνας ὁ πλούσιος, ἐλάττονος δὲ ὁ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι θαψιλέστερον ἀέρα ἀνα- οῦ πένητος ὁ πλουτῶν· ἀλλὰ πάντα ἴσα καὶ κοινά- αι. Τίνος οὖν ἔνεκεν τὰ μὲν μείζονα καὶ ἀναγα- α καὶ τὴν ζωὴν ἡμῶν συνέχοντα κοινὰ πεποιή- κεδς, τὰ δὲ ἐλάττονα καὶ εὐτελέστερα οὐκ ἐστι- , τὰ χρήματα λέγω· τίνος οὖν ἔνεκεν; Ἴνα ἦται ἡμῶν ἡ ζωὴ, καὶ ἀρετῆς ἔχωμεν σκάμμα- μὲν γὰρ μὴ ἦν τὰ ἀναγκαῖα ταῦτα κοινὰ, ἴσως ουποῦντες, τῆ εἰωθυῖα κεχρημένοι πλεονεξία, τοὺς οὐς ἀπέπεινξεν ἄν· εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων ποιούσι, πολλῶν μᾶλλον ἐπ' ἐκείνων τοῦτο ἄν ν· πάλιν εἰ καὶ τὰ χρήματα ἦν κοινὰ, καὶ πᾶ- ἰως προῦκειτο, ἐλεημοσύνης ἀνήρητο πρόφρασις, φροσύνης ἀφορμῆ. α οὖν ἀδεῶς ζῶμεν, κοινὰ γέγονεν ἡμῖν τὰ τῆς ἴτια· πάλιν, ἵνα ἔχωμεν στεφάνων καὶ εὐδοκι- ἀφορμῆν, οὐ κοινὰ γέγονε τὰ χρήματα, ἵνα ἄν μισοῦντες, καὶ δικαιοσύνην διώκοντες, καὶ τὰς δεομένους προτιόμενοι. παραμυθίαν τινα διὰ ὀδου ταύτης τῶν οὐκείων λαμβάνωμεν ἀμαρτη- Πλουσίον σε ἐποίησεν ὁ Θεός, τί σαυτὸν ποιεῖς Πλουσίον σε ἐποίησεν, ἵνα τοῖς δεομένοις βοη- τὰ ἀμαρτήματα λύσης τὰ σαυτοῦ διὰ τῆς εἰς θαψιλείας· δέδωκέ σοι χρήματα, οὐχ ἵνα κατα- ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σῶ, ἀλλ' ἵνα ἐσχῆς ἐπὶ σωτηρία- ιὰ τῷτο καὶ τὴν κτήνην αὐτῶν ἀθλήων ἐποίησε ἰόνιμον, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τῆς περὶ αὐτὰ μα- κλύση τὸν τόνον. Εἰ γὰρ νῦν οὐκ ἔχοντες θαρρῆειν μένοι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ὀρώντες ἐκ- ἰματος τιχομένης ἐπιβουλάς, οὕτως ἐκκαίονται ἐκείνων πόθον, εἰ καὶ τοῦτο προσῆν τῷ πλούτῳ τῷ και ἀδιάπτωτον, τίνος ἄν ἐφείσαντο; τίνος ἄν ἀπ- ποίας χήρας, ποίων ὀρφανῶν, ποίων πενήτων; οἶνον μέγα νομίζωμεν ἀγαθὸν εἶναι πλούτον· μέγα ἴον, οὐ τὸ κεκτηθῆναι χρήματα, ἀλλὰ τὸ κεκτη- ον Θεοῦ καὶ πᾶσαν εὐλάβειαν. Ἴδου νῦν εἰ τις ν καὶ παρρησίαν πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν Θεόν, ἴντων ἀνθρώπων πένεστερος ἦν, ἴσως λύσαι τὰ δεινά· ἴσως γὰρ μόνον τὰς χεῖρας ἐκτείνειν εἰς ἴνην καὶ καλέσαι τὸν Θεόν, καὶ τὸ νέφος τοῦτο ν ἄν. Χρυσίον δὲ τοσοῦτον ἀπόκειται, καὶ πηλοῦ στιν ἀγρηστότερον πρὸς τὴν λύσιν τῶν ἐπιχει- κίων· οὐκ ἐν τούτῳ δὲ τῷ κινδύνῳ μόνον, ἀλλὰ ; καταλάβῃ, καὶ θάνατος, καὶ ἄλλο τι τῶν τοιού- ἰχτες: τῶν χρημάτων ἡ δύναμις ἀπορουμένη,

οἴαντιν δεest in Savil. et in aliquot mss. et quidam mss. οὐκ ἐστὶ κοινὰ, Morel. et alii οὐκ- Mox Savil. τίνος οὖν ἔνεκεν; Mor. τίνος ἔν;

καὶ μηδεμίαν ἔχουσα παραμυθίαν τοῖς συμβαινουσιν οἰ- κοθεν ἐπιδειξασθαι. Ἐν ἐστὶν ὁ δοκεῖ τῆς πενίας πλεον- εκτεῖν ὁ πλούτος, τὸ τρυφᾶν καὶ ἡμέραν, καὶ πολλὰς ἐμφορεῖσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις τῆς ἡδονῆς. Τοῦτο μέντοι καὶ ἐπὶ τῆς τῶν πενήτων τραπέζης συμβαῖνον ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ μείζονος τοῦτους ἀπολαύοντες ἡδονῆς τῶν πλουτούντων ἀπάντων. Καὶ μὴ θαυμάσητε, μηδὲ πα- ράδοξον εἶναι νομίσητε τὸ λεγόμενον· ἐγὼ γὰρ ἐξ αὐτῆς ὕμῖν τοῦτο τῆς τῶν πραγμάτων ἀποδείξεως ποιήσω δη- λον. Ὡστε γὰρ δήπου τοῦτο καὶ συνομολογεῖτε πάντες, ὅτι τὴν ἡδονὴν ἐν ταῖς ἐστιάσεσιν οὐχ ἡ φύσις τῶν ἐδε- σμάτων, ἀλλ' ἡ διάθεσις τῶν ἐστωμένων ποιεῖν εἰωθεν· οἷον τι λέγω· μετὰ τοῦ πεινῆν τις ἀπτόμενος τραπέ- ζης, παντὸς ἔβου καὶ ἡδύσματος καὶ μυρίων καρυκευ- μάτων ἡδὸν ἀψεται τῆς τροφῆς, καὶ ἀπάντων εὐτελε- στέρα ἦ· ὁ δὲ μὴ τὴν χρεῖαν ἀναμένει, μηδὲ ὑπομένον πεινῆσαι πρῶτον, ὅπερ οἱ πλουτοῦντες ποιούσι, καὶ τότε ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἐλθεῖν, καὶν πλακοῦντας εὐρη κειμέ- νους, οὐκ αἰσθήσεται τῆς ἡδονῆς, τῆς ὀρέξεως αὐτῷ μὴ διεγερμένης. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, μάρτυρες μὲν καὶ ὕμεις πάντες· ἀκούσω- μεν δὲ καὶ τῆς Γραφῆς αὐτὸ τοῦτο λεγούσης· *Ψυχὴ γὰρ ἐμπεπλησμένη, φησί, κηρίοι ἐμπαίζει, ψυχῇ δὲ ἐνδοεῖ καὶ τὰ μικρὰ γλυκερὰ φαίνεται*. Καίτοι τί κη- ρίου καὶ μέλιτος γλυκύτερον γένοιτ' ἄν; ἀλλ' οὐκ ἐστὶν ἡδὺ τῷ μὴ πεινῶντι, φησί· τί δὲ τῶν μικρῶν ἀπέδστε- ρον; ἀλλ' ἐστὶ γλυκέα τοῖς ἐν ἐνδοεῖα καθεστῆκόσιν. Ὅτι δὲ οἱ πένητες μετὰ τῆς χρεῖας καὶ τοῦ πεινῆν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχονται, οἱ δὲ πλουτοῦντες οὐκ ἀναμένουσι τοῦτο, παντὶ που δήλόν ἐστιν· ὅθεν οὐδὲ γησίαν καὶ εἰ- λικρινὴν καρποῦνται τὴν ἡδονὴν. Οὐκ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ποτῶν τοῦτο αὐτὸ συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν· καὶ ὡσπερ ἐκεῖ τὸ πεινῆν πρὸ τῆς τῶν ἐδε- σμάτων φύσεως ἡδονὴν ἐργάζεται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ διψῆν ἡδιστον ποιεῖν εἰωθε τὸ ποτῶν, καὶ ὕδωρ ἢ τὸ πινόμενον μόνον. Καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ προφήτης ἐμφανῶν ἔλεγεν· *Ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτοὺς*. Καίτοι τοῦτ' οὐδαμῶς τῆς Γραφῆς ἀνέγνωμεν, ὅτι μέλι ἐκ πέτρας ἐξήγαγεν ὁ Μωσῆς, ἀλλὰ πανταχοῦ ποταμοὺς καὶ ὕδατα καὶ ψυχρὰ νάματα. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ λεγόμενον; οὐδὲ γὰρ ψεύδεται ἡ Γραφή· ἐπειδὴ γὰρ διψῶντες καὶ κατα- πονούμενοι ἃ τῆ ἐνδοεῖα, ψυχροτέροις προσέτιπτον τοῖς νάμασι, τὴν ἡδονὴν τὴν ἐκ τοῦ ποτοῦ παραστήσαι βου- λόμενος, μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς τῆς φύσεως με- ταβληθείσης εἰς μέλι, ἀλλ' ὡς τῆς διαθέσεως [32] μέλι- τος ἡδὺν ποιούσης ἐκεῖνα τὰ νάματα. Ἐμαθεὶς πῶς καὶ ποτὸν ἡδὺ ποιεῖν εἰωθεν ἡ τῶν διψῶντων διάθεσις; Πο- λλοὶ γοῦν πολλάκις πένητες κάμνοντες, καὶ ταλαιπωρη- θέντες, καὶ τῷ δῖψει καταφλεγέντες *, μετὰ τῆς εἰρημέ- νης ἡδονῆς τῶν τοιοῦτων μετέχοντα ναμάτων· οἱ δὲ πλου- τοῦντες οἶνον ἡδύν, καὶ ἀνθοςμίαν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντα τὴν ἐν οἶνῳ λαβόντες, οὐκ ἤσθοντο τῆς αὐτῆς εὐφροσύνης.

τ'. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπνου γινόμενον ἴδοι τις ἄν. Οὐ γὰρ ἀπαλὴ στρωμνὴ, οὐδὲ ἀργυρένδετος κλίνη, οὐδὲ ἡσυχία κατὰ τὸ δωμάτιον γινομένη, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιού- των οὐδὲν τὸν ὑπνον γλυκὺν καὶ προσηγὴ ποιεῖν εἰωθεν, ὡς τὸ πονεῖσθαι καὶ κάμνειν καὶ δεομένους ὑπνου σφέ- δρα καὶ νυστάζοντας κατακλίνεσθαι· καὶ τοῦτο αὐτὸ μαρτυρεῖ μὲν καὶ ἡ τῶν πραγμάτων πείρα, μαρτυρεῖ δὲ καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας καὶ ἡ τῶν Γραφῶν ἀπόφασις. Ὁ γὰρ τῆ τρυφῆ συναναστραφεὶς Σολομών αὐ- τὸ τοῦτο δηλῶσαι βουλόμενος ἔλεγεν· *Ἡδὺς ὑπνος τῷ δου- λῳ, ἀν τε ὀλίγον ἄν τε πολὺ φάγη*. Τίνος ἔνεκεν προσ- ἔθηκεν, *Ἄν τε ὀλίγον, ἀν τε πολὺ φάγη*; Ἀμφότερα

* Savil. εἰργάζετο.

† Savil. et quidam mss. κατατενόμενος.

* Savil. et quidam mss. καταφλεγέντες, et inf. τὴν ἐνδοεῖαν.

hæc vero anhelitum angens, et elidens, et multos inferens dolores; sed tanta est laborum medicina, ut etiamsi hæc ambo adsint, servus dormire possit. Quia enim servi tota die ubique circumcursant, dominis suis ministrantes, vapulantes, laborantes, et ne minimum quidem respirantes, sufficientem lassitudinem et laborum illorum retributionem capiunt, in dormiendo voluptatem. Et hoc Dei benignitate factum est, ut non auro et argento, sed labore, et ærumna, et necessitate et omni disciplina voluptates eni valeant. At non ita divites: sed stratis mollibus jacentes, multoties totam noctem ducunt insomnem, et multa machinantes tali non fruuntur voluptate. Pauper autem ex diurnis laboribus surgens, defatigata habens membra, priusquam recubuerit, integrum et suavem et legitimum somnum suscipit, non exiguam et hanc justorum laborum capiens mercedem. Cum igitur cum majori voluptate pauper et dormiat et bibat et comedat, qua gratia erunt amplius divitiæ dignæ, quam videbantur supra paupertatem prærogativam habere, hac etiam privatæ? Propterea et ab initio Deus homini laborem alligavit, non puniens neque ipsum castigans, sed corrigens ac docens. Quando illaboriosam vitam debebat Adam, paradiso excidit: quando laboriosam et ærumnosam Paulus agebat vitam, ac dicebat, *In labore et ærumna* (2 Cor. 11. 27) *nocte et die operans* (1. Thess. 6. 9), tunc in paradysum raptus est, et tertium in cælum ascendit. Ne igitur laborem respiciamus, nec operationem vituperemus. Etenim ante cælorum regnum hic maximum capimus præmium, ex ipsa re voluptatem sumentes: non autem voluptatem tantum, sed et, quod multo voluptate majus est, purissimam sanitatem. Divites enim præter insuavitatem multæ ægri tudines invadunt; pauperes autem a medicorum manibus immunes sunt. Si vero nonnumquam et in ægri tudinem incidant, brevi seipsos instaurant, molliæ omni liberi, et corpora robusta habentes.

Paupertas sapienter ferentibus magna possessio. — Magna possessio paupertas sapienter ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, damni expers possessio, diversorium ab insidiis tutum. At opprimitur, inquit, pauper; sed majores insidias dives patitur. Contemnitur pauper et contumeliis afficitur; sed diviti invidetur. Non tam expugnabilis est pauper quam dives, infinitas undique et diabolo et insidiatoribus occasiones præbens, omnium servus propter multam rerum abundantiam: in multorum indigentia constitutus, et multis adulari cogitur, et cum multa illiberalitate servire; pauper autem si philosophari sciat, neque ab ipso diabolo expugnari potest. Job igitur et ante hoc cum fortis esset, postquam omnia amisit, tunc factus est fortior, et egregiam contra diabolum victoriam reportavit. Præterea vero nec injuriam pati pauper potest, si philosophari scierit. Quod enim dixi de voluptate, quod ea non in ciborum apparatu, sed in comedentium sit affectu posita: hoc et de contumelia dico, quod contumelia non ab inferentium sententia, sed a patientium affectu constituatur vel destruat. Verbi gratia, multa quis-

piam in te fanda atque nefanda convicia dixit? si contumelias deriseris, si verba non acceperis, et vulnere superior sis, contumeliam non es passus. Et quemadmodum si corpus adamantinum haberemus, etsi innumeris undique telis peteremur, non tamen vulnera reciperemus: non enim a manu tela torquente, sed a corporibus patientibus vulnera fiunt: sic et hic, non a petulantium insania, sed a patientium imbecillitate injuriæ et contumeliæ constituuntur. Si enim philosophari sciamus, nec contumelia affici possumus, nec quidquam grave pati. Aliquis injuriam intulit, non sensisti nec doluisti? non es injuriam passus, sed et magis percussisti, quam percussus es. Cum enim qui contumeliam intulit, plagam suam ad patientium animam non pervenientem viderit, ipse majorem in modum roditur: et tacentibus iis, qui contumeliam patiuntur, sponte contumeliarum plaga contra mittentem conversa inferitur.

9. In omnibus igitur philosophemur, dilectissimi, et nihil nos inopia ledere poterit: quin et maxime adjuvabit et clariores reddet, et omnibus divitibus copiosiores. Quid enim, dic mihi, Helia pauperius? Sed propterea omnes divites vincebat, quoniam sic pauper cum esset, ipsam paupertatem ex mentis opulentia elegit. Quoniam enim omnem pecuniarum copiam animi sui magnitudine esse putavit inferiorem, nec philosophia sua dignam: ideo tantam pauperiem amplexatus est. Quod si magna præsentia putasset, non solam meloten possedisset; sed ita vitæ vanitatem condemnavit, et tamquam lutum projectum aurum omne despexit, ut præter anictum illum nihil amplius possideret. Idcirco rex paupere indigebat, et verbis nihil plus quam meloten habentis inhiabat, qui tantum habebat auri: adeo splendidior purpura erat melote, et regalibus aulis justi spelunca. Propterea et in cælum ascendens, nihil aliud quam meloten discipulo reliquit (4. Reg. 2). Cum hac, inquit, cum diabolo pugnavi, et tu contra illum hanc armaturam capies. Validum enim telum inopia, inexpugnabile habitaculum, et turris inconcussa. Tamquam maximam hereditatem Elisæus meloten suscepit: etenim vere maxima fuit hæreditas, omni auro¹ pretiosior. Et erat posthac duplex Helias ille, ita ut sursum Helias, et deorsum Helias esset. Novi vos justum illum beatum putare, singulosque cupere eum ipsum esse. Quid igitur, si vobis demonstravero quod aliud illo multo majus omnes sacris mysteriis imbuti receperimus?

Locus insignis de S. Eucharistiæ veritate. — Helias nempe meloten discipulo reliquit; Filius autem Dei ascendens, suam nobis carnem reliquit; sed Helias quidem exutus, Christus autem et nobis reliquit, et ipsam habens ascendit. Ne igitur animo concidamus, neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim sanguinem suum pro omnibus effundere non recusavit, et carnem suam, et rursus ipsum sanguinem nobis communicavit, quid pro salute nostra facere recusabit? Hac igitur spe fidentes ipsum continue rogemus, et precibus supplicationibusque

¹ Alii: *Et lapide pretioso.*

vacemus, et reliquæ virtutis cum omni diligentia curam habeamus, ut et instans fugiamus periculum, et futura assequamur bona : quibus nos omnes dignos

censeri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, una cum Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

IN PROFECTIONEM EPISCOPI FLAVIANI, PRO CIVITATE AD IMPERATOREM LEGATIONEM OBEUNTIS : ET QUODNAM VERUM SIT JEJUNIUM : ET QUOD DETRAHERE QUAM HUMANUM CORPUS COMEDERE PEJUS SIT : ET DE JUGULATIS PROPTER SEDITIONEM : ET ADVERSUS EOS QUI QUEREBANTUR, MULTOS INNOXIOS CAPTOS ESSE ¹.

HOMILIA III.

1. *Flavianus Imperatorem placaturus Constantino-polin petierat.* — Quando ad sedem hanc derelictam et magistro vacuam respicio, gaudeo simul et lacrymo : lacrymo quidem, quod præsentem non video patrem ; gaudeo autem quod pro salute nostra profectus, abiit tantum populum a furore Imperatoris erepturus. Hoc et vobis ornamentum est, et illi corona ; ornamentum vobis, quod talem sitis sortiti patrem ; et illi corona, quod circa filios tam benignus sit, et a Christo dictum per opera confirmaverit. Audiens enim illud, *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus* (Joan. 10. 11), abiit pro nobis omnibus, animam suam positurus, etsi multa erant quæ ipsum abire prohiberent, et manere cogent : primo ætas ad ultimam propecta senectutem, postea corporis imbecillitas, et anni tempus, et sanctæ celebritatis necessitas, ad hæc unica soror in extremo constituta spiritu. Sed tamen et consanguinitatem despexit, et senectutem, et imbecillitatem, et temporis difficultatem, et itineris asperitatem : et omnibus vos vestramque salutem præponens, hæc omnia vincula dirupit, et ceu juvenis fertur senex, nunc alatus animi magnitudine factus. Si enim Christus, inquit, seipsum pro nobis dedit, qua essemus nos excusatione et venia digni, tanti custodiam populi creditam habentes, et non eligentes omnia et facere et pati pro creditorum nobis securitate ? Si enim patriarcha, inquit, Jacob pecudibus præpositus, oves irrationales pascens, et homini rationem redditurus, noctes ducebat insomnes, et æstum, gelu, omnemque aeris intemperiem ferebat, ut nulla illarum pecudum periret (Gen. 29) : multo magis nos non irrationalibus, sed spiritualibus ovibus præpositos, et non homini, sed Deo præfecturæ hujus rationem reddituros, ad nihil torpere et tergiversari oportet eorum, quæ gregem juvare possint. Sed quanto mellior grex iste grege illo, et bruti quidem homines, hominibus vero Deus : tanto majus et nos vehementiusque studium et diligentiam exhibere oportet. Novit ille plane, non pro una sibi nunc civitate negotium esse, sed pro Oriente toto. Civitatum enim sub Oriente positarum caput et mater est civitas

nostra : propterea omne periculum subiit, et nihil illum hic retinere potuit. Ideoque bonas fore spei opportunitates spero : non enim tantam sedulitatem et curam Deus despiciet, neque servum suum infectis rebus redire permittet. Novi quod tantum coram positus, et religiosum Imperatorem conspicatus, ex aspectu solo statim iram comprimere poterit. Sanctorum enim non tantum verba, sed et ipsi vultus spirituali gratia pleni sunt. Illic vero et multa sapientia plenus est, et cum divinarum legum sit peritus, ad ipsum dicet, quod et Moses ad Deum : *Si dimittis quidem ipsis peccatum, dimitte ; si non autem, et me occide cum ipsis* (Exod. 32. 31. 32). Talia enim sanctorum viscera ; cum filiis mortem quam sine ipsis vitam dulciorem esse putant. Adjiciet a tempore patrocini-um, et sacrum pascha proponet, commemorabitque tempus, quo orbi terrarum toti Christus peccata remisit ; Dominum imitari exhortabitur, et parabola illius decem millium talentorum et centum denariorum ipsum commonebit. Novi patris nostri fiduciam, non dubitabit ipsum per hanc similitudinem terrere et dicere : *Vide ne forte et tu illo die audias : Serve nequam, omne debitum illud dimisi tibi, quoniam rogasti me ; oportebat et te dimittere conservis tuis* (Math. 18. 32. 35). Tibi ipsi magis quam illi prodes, in paucorum dimissione peccatorum, majorum oblivionem recipiens. Addet prædictis et orationem illam, quam qui sacris ipsum initiavere mysteriis, orantem dicere docuerunt : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Math. 6. 12). Ad hæc docebit, non commune civitatis fuisse peccatum, sed hominum quorundam externorum et advenarum, nihil cum ratione facientium, sed cum audacia et omni scelere : nec justum esse pro paucorum temeritate tantam diripi civitatem, et eos, qui nihil injuste fecerunt, pœnas luere. Alioquin etsi omnes peccassent, dignas dedissent pœnas, tot diebus timore consumpti, et per singulos mori dies expectantes, pulsi, exulantes, reis miserabilibus viventibus, sanguinem in manibus gestantes, et de vita sua non confidentes. Hæc tibi pœna sufficiat : ne ulterius ira procedas : mitem tibi supernum Judicem per humanitatem in conservos redde : cogita urbis magnitudinem, et quod non de una, vel de duabus, vel tribus, vel decem animabus nunc nobis est consideratio, sed de millibus et infinitis, de totius orbis capite. Hæc est civitas, in qua primum appellati Christiani : honora Christum, reverere eam, quæ prima nomen hoc omnibus desi-

¹ Titulus in Savil. et in quibusdam Mss. habet : *In profectionem quam suscepit episcopus antiochenus Flavianus, pro civitate ad imperatorem Theodosium legationem obiens, injuriarum in status causa ; et quod, apud Deum, regis dignitatis prævaleat sacerdotium ; et quid sit verum jejuni-um, quamque ob causam Nimitæ ipsa bruta animantia jejunare curaverint ; et quod detrahere quam humanum corpus comedere pejus sit ; et postremo de jugulatis.... cætera ut supra.*

ἰ ταῖς ἐλπίζι, παρακαλῶμεν αὐτὸν διηνεκῶς, καὶ ἰκετηρίαις προσανέχωμεν, καὶ τῆς λοιπῆς τιμωμένεθα μετὰ ἀκριθείας ἀπάσης, ἵνα καὶ μενον διαφύγωμεν κίνδυνον, καὶ τῶν μελλόν-

των ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιοθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου [55] Φλαβιανοῦ, ὑπὲρ τῆς πόλεως πρὸς τὸν βασιλέα πρесоευομένον ὅτι ἐστιν ἡ ἀληθὴς νησιτεία, καὶ ὅτι τοῦ φαγεῖν ἀνθρώπινον σῶμα τὸ κατηγορηθῆσαι χεῖρον, καὶ περὶ τὴν στάσιον σφαγόντων, καὶ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνατίλων ἐάλωσαν.

Ὁμιλία γ'.

Vir fidelis continua fruatur voluptate. — Quod igitur nullam exteriorem vitam gaudium continuum habentem invenire liceat, ex dictis patet; quod autem fidelis non possit non continua frui voluptate, rursus et hoc ipsum demonstrare conabor, non ut discatis tantum, sed etiam ut hanc tristitia carentem vitam sectemini. Sit enim aliquis nihil in se damnandum habens, sed bona fretus consociantia, ad futura anhelans et exspectans illam beatam spem: quid hunc, quæso, in tristitiam poterit inducere? Nonne omnibus rebus intolerabilior mors esse videtur? sed hujus expectatio non tantum ipsum non contristat, verum et potius delectat: novit enim mortis præsentiam laborum esse liberationem, et cursum ad coronas et bravia pro pietate et virtute pugnantibus reposita. Sed filiorum immatura mors? verum et hoc generose fert, et dicit Jobi verba: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino visum est, ita et factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula (Job 1. 21)*. Si vero mors et filiorum jactura contristare non potest, multo minus pecuniarum jactura, et contumeliæ accusationes et calumniæ tam magnum et generosum animam tangere possent, neque corporis dolor: quoniam et apostoli flagellabantur quidem, sed non dolebant. Magna quidem sunt et hæc, sed multo majus est, quod non tantum non dolebant, verum et ipsa flagella majoris materiam faciebant voluptatis, et revertebantur a facie concilii gaudentes, quod digni fuerant habiti pro nomine Christi contumeliam pati (*Act. 5. 41*). Contumelia et convicio quis talem affecit? sed a Christo gaudere institutus est in contumeliis. *Gaudete enim, inquit, et exultate, cum dixerint omne malum verbum contra vos mentientes, propter*

ne, quoniam merces vestra multa est in cælis (Math. 5. 11. 12). Sed in morbum incidit? verum audivit alium admonentem et dicentem: *In morbo et paupertate in ipso confidas: quoniam sicut in igne probatur aurum; sic homines acceptabiles in fornace humiliationis (Ecl. 2. 4. 5)*. Cum igitur neque mors, neque pecuniarum jactura, neque corporis ægritudo, neque ignominia, neque convicium, neque quidpiam aliud hujusmodi ipsum contristare possit verum et magis delectet, quam umquam tristitiæ materiam habeat? Quid igitur, inquit, sancti non dolebant? non audis Paulum dicentem: *Tristitia mihi magna est, et indesinens dolor cordi meo (Rom. 9. 2)*? Hoc ipsum nempe admirabile est, quod tristitia lucrum, et voluptatem ex locuto ferebat. Sicut enim flagella non dolores, sed lætitiã, sic rursus et tristitia magnas illas comparabat coronas. Et hoc est admirabile, quod mundi non tristitia tantum, verum et lætitiã damnum habet extremum: in spiritualibus vero contrarium totum, non lætitiã tantum, verum et tristitia multum, habet bonorum thesaurum. Verbi gratia: gaudet quis in mundo sæpe inimicum laborantem videns, et per hanc lætitiã multam sibi attrahit pœnam: dolet rursus quis alios fratrem lapsum videns, et per hanc tristitiã multam sibi apud Deum benevolentiam comparat.

Tristitia secundum Deum multo melior est humani lætitiã. — Cernis quomodo secundum Deum tristitia mundi lætitiã melior sit et utilior? Sic et Paulus tristabatur propter eos, qui peccarent et Deo non crederent, et ex hac tristitiã multam sibi repositam habebat mercedem. Ut autem manifestius quod dico faciam, et discatis, licet præter opinionem sit dictum, tamen verum esse, et luctum sæpe solere dolentes animas reparare, et conscientiam gravatam relevare: multæ sæpius mulieres desideratissimis amissis filiis, si prohibeantur quidem flere, lugere et conqueri, disrumpuntur et percunt; si vero mœrentium omnia fecerint, relevantur et consolationem accipiunt. Et quid mirandum, si in mulieribus hoc sit, quando etiam ipsum prophetam hoc patientem videre quis possit? Ideo frequenter dicebat: *Sinite me, amare lugebo: nolite contendere, ut consolentini super contritione filiarum generis mei (Isai. 22. 4)*. Itaque sæpe tristitia affert consolationem; si autem in mundo hoc sit multo magis in rebus spiritualibus. Propterea dicit: *Secundum Deum autem tristitia pœnitentiã in salutem stabilem operatur (2. Cor. 7. 10)*. Et hoc quidem obscurum esse videtur; quod autem dicit est hujusmodi: Si de pecuniis tristatus fueris, nihil profecisti: si in ægritudine, nihil lucratus es, verum et magis te ipsum contrivisti.

3. Et ego quidem multos audivi post talem experientiam se accusantes, et ad seipsos dicentes: *Quæ utilitas, quod dolui? nec pecunias recuperavi, et me ipsum læsi. Si vero de peccato tristeris, hoc delecti, et maximam lucratus es voluptatem. Si de fratribus lapsis contristeris, te ipsum hortatus es et consolatus, et illos rursus recuperasti: quod si nihil et ipsi*

¹ Sic Savil. in B., *lucro, pro, luctu.*

ἔχει βραδίως· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἔχει τὸ δεινόν, αἱ καὶ μένοντα οὐ παρέχει τσαούτην ἡμῖν τὴν ὡς τὴν ἐκ τῶν ἄλλων ἡμῖν ἐπιγινόμενὴν ἀθυμίαν ἔσθαι· καὶ συσκιάζειν· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ φόβος ἔρα ταῦτα ἔχει, βεβαίως τὲ ἐστὶ καὶ ἀκίνητος, καὶ τὴν βρῦει χαρὰν, ὡς μηδεμίαν ἡμᾶς αἰσθησιν τῶν λαμβάνειν δεινῶν. Ὁ γὰρ τὸν Θεόν, ὡς χρῆ, κενός, καὶ ἐπ' αὐτῷ θαρρῶν, τὴν βίζαν ἐκαρπώ- της ἡδονῆς, καὶ πᾶσαν τῆς εὐθυμίας ἔχει τὴν. Καὶ καθάπερ εἰς πέλαγος ἀπειρον σπινθῆρ· ἐμπεσὼν ἀφανίζεται βραδίως, οὕτως ὅσαπερ ἂν ἔση τῷ φοδουμένῳ τὸν Θεόν, καθάπερ εἰς πέλαγος εὐθυμίας ἐμπίπτουσα κατασθένυται καὶ ἀπόλ- Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν μάλιστα τοῦτο ἐστίν, ὅτι πούτων παρόντων μένει χαίρων αὐτός. Εἰ μὲν ἰδὲν ἦν τὸ λυποῦν, οὐκ ἦν αὐτῷ μέγα τὸ δύνασθαι ὡς χαίρειν· τὸ δὲ πολλῶν ἐπιχειμένων τῶν εἰς ἰν ἐμβιβαζόντων ἂν ἄνωτερον εἶναι ἀπάντων, καὶ οἰς τοῖς λυπηροῖς εὐφραίνεσθαι, τοῦτο ἐστὶ τὸ ἕξον. Καὶ καθάπερ τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς οὐδεὶς ὕμασε μὴ κατακαέντας, εἰ πόρρω τῆς Βαβυλωνίας ἀμῖνου (τὸ γὰρ ἐκπλήξαν ἅπαντας τοῦτο ἐστίν, ἰ πυρὶ τοσοῦτον ὀμιλήσαντες χρόνον, τῶν οὐχ ὄτων ἐξέβησαν ἀλυπότεροι)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι εἰ μὲν αὐτοῖς ἐπήγετο πει-; οὐκ ἂν αὐτοὺς ἐθαυμάσαμεν διηνεκῶς χαίροντας· κπλήξωας ἄξιον καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ὑπερβαί- ὦτό ἐστίν, ὅτι μυριοὶς κυκλοῦμενοι κύμασι πάντο- ὦν γαλήνης καθαρᾶς ἀπολαούτων βῆρον διάκειν-

μὲν οὖν οὐδένα βίον τῶν ἔξωθεν εὐρεῖν δυνατὸν φ συγκεκληρωμένον διηνεκῶς ε, δηλον ἐκ τῶν νων· ὅτι δὲ τὸν πιστὸν ἀμήχανον μὴ διηνεκοῦς ἰειν ἡδονῆς, καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀποδείξει πει- ει, οὐκ ἵνα μάθητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσητε ἵπον τοῦτον βίον. Ἔστω γὰρ τις μὴδὲν ἑαυτοῦ ὠκῶς, ἀλλ' ἀγαθῶς συνειδότες συντρεφόμενος, καὶ ἂ μείλλοντα κεχηνῶς, καὶ τὰς ἀγαθὰς ἐκείνας κων ἐλπίδας, τί τοῦτον, εἰπέ μοι, εἰς ἀθυμίαν ἵεν δυνήσεται; Οὐ πάντων ἀφορητότατον ὁ θάνατος ἰοκεῖ; ἀλλ' ἡ τούτου προσδοκία οὐ μόνον αὐτὸν οὐ ἀλλὰ καὶ εὐφραίνει μειζόνως· οἶδε γὰρ ὅτι ἡ νάτου παρουσία πόνων ἐστὶν ἀπαλλαγῆ, καὶ δρόμος; ὅς στεφάνους καὶ τὰ βραβεῖα τὰ ἀποκείμενα τοῖς ὕσεβείας καὶ ἀρετῆς ἀγωνισαμένοις. Ἀλλὰ παίδων τελευτῆ; ἀλλὰ καὶ τοῦτο φέρει γενναίως, καὶ ε τοῦ ἰώβ ῥήματα· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύ- ρεῖλλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγέ- εῖη τὸ δρομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς ς. Εἰ δὲ θάνατος καὶ παίδων ἀποβολὴ λυπεῖν οὐ αι, πολλῷ μᾶλλον ζημία χρημάτων, καὶ ἀτιμίαι, ιτηγροίαι, καὶ διαβολαὶ τῆς οὕτω μεγάλης καὶ ις ψυχῆς οὐκ ἂν ποτε ἄφαινον, οὐδὲ ὀδύνη σώ- · ἐπεὶ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐμαστιγοῦντο μὲν, οὐκ υν δέ. [184] Μέγα μὲν οὖν καὶ τοῦτο· τὸ δὲ πολλῷ ι, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἠθύμουν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς γας ὑπόθεσιν ἐποιοῦντο μειζόνως ἡδονῆς, καὶ ὑπ- φον ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι ἰώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμα- ι. Ἰθρῖσέ τις καὶ ἐλοιδύρησε τὸν τοιοῦτον; ἀλλ' ἰύθη παρὰ τοῦ Χριστοῦ χαίρειν ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι. ἰηοι mss. ἀθυμίαν ἀποπροῦσθαι. ἰἰ ἐμβολλόντων. ἰηεἰ. et quidam mss. διηνεκῶς, alii διηνεκῶ.

Χαίρετε γὰρ, φησί, καὶ ἀγαλλιῶσθε, ὅταν εἰπωσι πᾶρ πορηρὸν ῥήμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἔρεκεν ἐμοῖ, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολλὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀλλὰ νόσω περιέπεσεν; ἀλλ' ἤκουσεν ἑτέρου παραινούοντος καὶ λέγοντος· Ἐν νόσω καὶ περιὰ ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ῖνιου, ὅτι ὡσπερ ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσός, οὕτως ἀνθρώποι δοκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. Ὅταν οὖν μήτε θάνατος, μήτε ζημία χρημάτων, μήτε νόσος σώ- ματος, μήτε ἀτιμία, μήτε λοιδορία, μήτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων μὴδὲν λυπησῶν αὐτὸν δύνηται, ἀλλὰ καὶ εὐ- φραίνῃ μᾶλλον, ποίαν ἀθυμίας ὑπόθεσιν ἔξει ποτέ; Τί οὖν, οὐκ ἠθύμουν οἱ ἄγιοι, φησίν; οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, Ἀύπη μοι ἐστὶ μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου; Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἡ λύπη κέρδος καὶ ἡδονὴ τὴν ἐκ τοῦ πένθους ἂ ἐφερεν. Ὅσπερ γὰρ αἱ μάστιγες οὐκ ὀδύνας, ἀλλὰ χαρὰν, οὕτω καὶ ἡ λύπη πάλιν τοὺς μεγάλους ἐκείνους προεξένει στεφάνους. Καὶ τὸ παράδοξον τοῦτο ἐστίν, ὅτι τοῦ κόσμου μὲν οὐκ ἡ ἀθυμία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ χαρὰ ζημίαν ἔχει τὴν ἐσχάτην· ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν τούναντιον ἄπαν, οὐκ ἡ χαρὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀθυμία πολλὴν ἔχει τῶν ἀγαθῶν τὸν θησαυρόν· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Χαίρει τις ἐν τῷ κόσμῳ πολλάκις ἐχθρὸν δυσ- ημεροῦντα ἰδὼν, καὶ διὰ τῆς χαρᾶς ταύτης πολλὴν ἐπισπᾶται ἑαυτῷ τὴν κόλασιν· ἀλγέει τις πάλιν ἕτερος τὸν ἀδελφὸν πεσόντα ἰδὼν, καὶ διὰ τῆς ἀθυμίας ταύτης πολλὴν ἑαυτῷ παρὰ τῷ Θεῷ προξενεῖ τὴν εὐνοίαν.

Ὅρξες πῶς ἡ κατὰ Θεὸν λύπη τῆς τοῦ κόσμου χαρᾶς βελτίων καὶ χρησιμωτέρα; Οὕτω καὶ Παῦλος ἐλυπέτε διὰ τοὺς ἀμαρτάνοντας, διὰ τοὺς ἀπιστοῦντας τῷ Θεῷ, καὶ τῆς λύπης ταύτης πολὺν εἶχει ἀποκειμενον αὐτῷ τὸν μισθόν. Ἴνα δὲ σαφέστερον ὁ λέγω ποιήσω, καὶ μάθητε, ὡς, εἰ καὶ παράδοξον τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ὅμως ἐστὶν ἀληθές, καὶ οἶδεν ὁ θρῆνος πολλάκις ἀνακτάσθαι τὰς ὀδυνωμένας ψυχὰς, καὶ κρυφίῳ συνειδὸς βεβαρη- μένον, πολλὰ πολλάκις γυναικὲς ἀποβαλοῦσαι παῖδας ποθεινοτάτους, ἂν μὲν κωλυθῶσι διακρῦσαι καὶ θρη- νῆσαι καὶ ὀλοφύρασθαι, διαβρῆγγυνται καὶ ἀπόλλυν- ται· ἂν δὲ τὰ τῶν ἀθυμούντων ποιήσωσιν ἅπαντα, κρυφίζονται καὶ παραμυθίαν λαμβάνουσι. Καὶ τί θαυ- μαστὸν, εἰ ἐπὶ γυναικῶν τοῦτο συμβαίνει, ὅπου γε καὶ αὐτὸν τὸν προφήτην ἴδοι τις ἂν τοῦτο πάσχοντα; Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἔλεγεν· Ἀφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι· μὴ κατισχύσητε παρακαλοῦντες ἐπὶ τὸ σύτρημμα τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου. Ὅστε ἐστὶ πολλάκις λύπη παραμυθίαν φέρουσα· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ κόσμου τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πραγμάτων. Διὰ τοῦτο φησίν· Ἢ δὲ κατὰ Θεὸν λύπη μετόνοια εἰς σωτηρίαν ἀμετάβλητον ἰ κωτεργάζεται. Καὶ δοκεῖ μὲν τοῦτο ἀσαφές εἶναι· [185] ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστίν· Ἄν λυπηθῆς ἐπὶ χρήμασιν, οὐδὲν ὠφέλησας· ἂν λυπηθῆς ἐπὶ νοσήματι, οὐδὲν ἐκέρδανας, ἀλλὰ καὶ ἐπέτριψας σαυτὸν ἢ μᾶλλον.

γ. Καὶ πολλῶν ἔγωγε ἤκουσα μετὰ τὴν τοιαύτην πείραν αἰτωμένων καὶ πρὸς ἑαυτοὺς λεγόντων· Τί τὸ ὕψελος, ὅτι ἤλγησα; οὔτε χρήματα ἀνεκτησάμην, καὶ ἑμαυτὸν ἔδωκα. Ἄν δὲ λυπηθῆς ἐφ' ἀμαρτίᾳ, ταύτην τε ἐξήλεψας καὶ ἐκαρπώσω μεγίστην ἡδονὴν· ἂν λυ- πηθῆς ἐπὶ τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς πεπτωκόσι, σαυτὸν τε παρεκάλεσας καὶ παρεμυθήσω, κάκεινους ἀνεκτῆτω ἰ Sic Savil. Vulg. ἐκ τοῦ κέρδους. Ἐστ. ἰ Sic Savil. et alii, recte. Edittum erat τοῦτο. Ἐστ. ἰ Savil. et alii σωτηρίαν ἀμεταβλήτων, et sic leg' tur in quibusdam Epistolarum Pauli exemplaribus. ἰ Recte Savil. σαυτὸν. Legebatur αὐτό. Ἐστ.

πάλιν· κἄν μηδὲν ὠφελήσης αὐτοὺς, μεγίστην ἔχεις ἀντίδοσιν. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσι, κἄν μηδὲν ὠφελῶμεν, μεγίστην ἡμῖν τὴν ἀμοιβὴν φέρει, ἀκουσον τοῦ Ἰεζεκιήλ λέγοντος· μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ δι' ἐκείνου λαλοῦντος· ἐπειδὴ γὰρ ἐπεμφέ τις κατασκάψαι τὴν πόλιν, καὶ σιδήρῳ καὶ πυρὶ δαπανῆσαι τὰ οἰκοδομήματα ἅπαντα μετὰ τῶν ἐνοικούντων αὐτῶν, κελεύει τινὶ λέγων οὕτως· Ἄδός τὸ σημεῖον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῶν ἀνδρῶν τῶν στεναζόντων καὶ κατοδυνωμένων. Καὶ τοῖς ἐτέροις κελεύσας, καὶ εἰπὼν, ὅτι Ἀπὸ τῶν ἀγίων μου ἄρξασθε, ἐπήγαγε λέγων, Ἐπεὶ οὖς ἐστὶ τὸ σημεῖον, μὴ ἀψησθε αὐτῶν. Τίνος ἔνεκεν, εἰπέ μοι; Ὅτι εἰ καὶ μηδὲν ὠφελούσιν, ἀλλ' ὅμως στένουσι τὰ γινόμενα καὶ ὀλοφύρονται. Καὶ ἐτέροις δὲ ἐγκαλεῖ^α λέγων πάλιν, ὅτι τρωφῶντες καὶ γαστριζόμενοι, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντες ἀδείας, ἰδόντες τοὺς Ἰουδαίους εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένους, οὐκ ἤλγησαν, οὐκ ἐκοινώνησαν τῆς ἀθυμίας· καὶ ἐγκαλῶν αὐτοῖς φησιν, Οὐκ ἐπασχον οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ, Ἰωσήφ τὸν λαὸν καλῶν ἅπαντα· καὶ πάλιν, Οὐκ ἐξῆλθε κατοικοῦσα Αἰγύπτου, κόψυσθαι οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς. Κἄν γὰρ δικαίως κολάζονται, βούλεται συναλγεῖν ἡμᾶς, ἀλλὰ μὴ χαίρειν μηδὲ ἐφῆδεσθαι. Εἰ γὰρ ἐγώ, φησιν, ὁ κολάζων οὐ χαίρων τοῦτο ποιῶ^β, οὐδὲ ἔδομαι αὐτῶν ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ (οὐ γὰρ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἀμάρτωλου), δεῖ καὶ σὲ τὸν Δεσπότην μιμεῖσθαι, καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀλγεῖν, ὅτι δικαίως κολάσεως ὑπόθεσιν παρέσχε καὶ πρόφασιν. Ὄστε κἄν λυπηταὶ τις κατὰ Θεὸν, μεγάλην ἐντεῦθεν καρποῦται ὠφέλειαν. Ὅταν οὖν οἱ μαστιζόμενοι τῶν μαστιζόντων εἰσὶ μακαριώτεροι, καὶ οἱ θλιβόμενοι παρ' ἡμῖν τῶν ἐν ἀνάσει παρὰ τοῖς ἐξωθεν, καὶ οἱ ἀθυμοῦντες τῶν ἡδομένων, τίς ἐστὶ λοιπὸν θλίψεως ἡμῖν ἀφορμὴ; Διὰ τοῦτο οὐδένα χρὴ μακαρίζειν, ἀλλ' ἢ τὸν κατὰ Θεὸν ζῶντα μόνον. Τοῦτους καὶ ἡ Γραφὴ μακαρίζει μόνους· Μακάριος γὰρ, φησιν, ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεδῶν· Μακάριος δὲ ἄνθρωπος παίδευσθαι, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν· Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν δόξῃ· Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ· Μακάριος ὁ λαός, οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ· Μακάριος, οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· Μακάριος ἀνὴρ, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. Καὶ ὁ Χριστὸς πάλιν οὕτως· Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, μακάριοι οἱ ταπεινοί, μακάριοι οἱ πραεῖς, [186] μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. Ὅρξ· πῶς πανταχοῦ οὐδένα τῶν πλουτούντων, οὐ τῶν ἐν εὐγενείᾳ, οὐ τῶν δόξης ἀπολαούτων μακαρίζουσιν οἱ θεῖοι νόμοι, ἀλλὰ τὸν ἀρετῆς ἐπιλημμένον; Τὸ γὰρ ζητούμενον, πάντων ὧν ἂν ποιῶμεν ἢ πάσχωμεν, ὑπόθεσιν εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, κἄν ταύτην προκαταβάλλῃ τὴν ρίζαν, οὐκ ἄνεσις μόνον, οὐδὲ τιμαὶ, καὶ δόξαι, καὶ θεραπείαι, ἀλλὰ καὶ ἐπήρεια, καὶ συκοφαντίαι, καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμιαί, καὶ βάσανοι, καὶ πάντα ἀπλῶς ἡδονῆς· σοὶ βλαστήσει καρπούς. Καὶ καθάπερ τῶν δένδρων αἱ ρίζαι αὐταὶ μὲν εἰσι πικραὶ, ἡδίστους δὲ ἡμῖν τοὺς καρπούς φέρουσιν, οὕτως δὴ καὶ ἡ κατὰ Θεὸν λύπη πολλή, ἡμῖν οἴσει τὴν ἡδονήν. Ἰσασιν, ὅσοι πολλὰκις μετ' ὀδύνης ἠῆξαντο καὶ δάκρυα ἐξέχεαν, πόσῃ ἐκαρ-

^α Savil. et quidam alii μηδὲν ὠφελουν, ἀλλ' ὅμως ἔστανον τὰ γινόμενα καὶ ὀλοφύροντο. Καὶ ἐτέροις δὲ ἐγκαλεῖται.

^β Alii οὐ χαίρω τοῦτο ποιῶν.

^γ Plerique ms. ut edimus. Savil. autem et Morel. οὗ Κύριος ὁ Θεός σου.

πώσαντο τὴν εὐφροσύνην, πῶς ἐξεκάθησαν τὸ δός, πῶς μετὰ χρηστῆς ἀνέστησαν ἐλπίδος. Ὁ αἰεὶ λέγω, οὐχ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα λυπεῖν ἡμᾶς εἴωθε καὶ εὐφραίνονται ταύτην κατασκευάσωμεν, οἷαν εἶναι χρὴ εὐθυμίας^δ ἐνέχυρον ἔξομεν· καὶ καθάπερ τὸ π οὕτως ἡ τῶν ἀέρων φύσις οὐδὲ αἱ ἐξωθεν πρὸς ἡ οἰκεία κατασκευὴ καὶ βλάπτει καὶ ὠφελᾷ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς· καὶ πολλῶν πλέον. Ἐντα γὰρ φύσεώς ἐστιν ἀνάγκη, ἐκεῖ δὲ τὸ πᾶν ἐπὶ αἰρέσει κείται. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος μυρία θιθεῖν, ναύαγια, πολέμους, ἐπαναστάσεις, ἐπληστών ἐφόδους, καὶ ὅσα οὐδὲ ἀπαριθμήσασθα λόγῳ, καὶ καθημερινούς θανάτους ἀποθνήσκον οὐκ ἤλεγχοι οὐδὲ ἐδυσχεραίνον, ἀλλὰ καὶ ἰκαί χαίρει· Νῦν χαίρων ἐν τοῖς σιμου, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῆς ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκὶ μου· καὶ π μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχόμεθα ἐν ταῖς θλίψιν δὲ καύχησις ἡδονῆς ἐστὶν ἐπίστασις.

δ. Ἄν τοῖνον εὐθυμίας ἐπιθυμῆς, μὴ χρῆμα σώματος ὑγείαν, μὴ δόξαν, μὴ δυναστείαν, φησὶ, μὴ τραπέζας πολυτελεῖας, μὴ σηρικῶν περιβολὰς, μὴ πολυτελεῖς ἀγρούς, μὴ οἰκίας· καὶ περιφανείας, μηδὲ ἄλλο τι τῶν τοιοῦτων μηδὲν· ἀλλὰ φιλοσοφίαν μέτελθε τὴν κατὰ Θεὸν ἀρετῆς ἐπιλαβοῦ· καὶ οὐδὲν σε οὐ τῶν ὄντων ἐπιζομένων λυπησάσαι δυνήσεται· τί λέγω λι προσθήκη μὲν οὖν ἡδονῆς σοι γενήσεται τὰ ἰλους λυποῦντα· καὶ γὰρ μάστιγες, καὶ θάνατοι ζημιαί, καὶ κακηγορίαι, καὶ τὸ κακῶς πάσχει πάντα τὰ τοιαῦτα, ὅταν διὰ τὸν Θεὸν ἡμῖν ἐπι καὶ ταύτην ἔχη τὴν ρίζαν, πολλὴν ἡμῖν εἰς τὴν εἰσάγει τὴν ἡδονήν.

Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἀθλίους ποιῆσαι δυνήσεται μὴ ἑαυτοὺς ποιήσωμεν· ὡς περὶ οὖν οὐδὲ μακ ἐκ μὴ ἑαυτοὺς ἐργασώμεθα, μετὰ τὴν τιμὴν. Καὶ ἵνα μάθῃτε, ὅτι οὗτος μόνος ἐστὶν ἰριος, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, οὐκ ἀπὸ τῶν θόνων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμῖν συμβάντων [187] τοῖ ἀποδείξω νῦν. Ἐκινδύνευσεν ἡμῖν ἡ πόλις ἀφαν πᾶσα, καὶ τῶν μὲν πλουτούντων καὶ περιφαν ἐπιστήμων ἀνδρῶν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐν τῷ μέσῳ ναι, ἀλλὰ πάντες ἐφυγον καὶ ἀπεπήδων· οἱ δὲ τ φοβούμενοι, οἱ ἐν μοναστηρίοις διατρίβοντες μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας καταδραμόντες ἔλυσαν, καὶ τοσοῦτον ἀπέσχον αὐτοὺς φοβήσασαι· ἀγωνίαν ἐμβαλεῖν τὰ συμβάντα δεσνὰ καὶ αἰ κώμεναι ἀπειλαί, ὅτι πόρρω καθήμενοι τῆς συ καὶ οὐδὲν κοινὸν ἔχοντες, ἐκόντες ἑαυτοὺς ἐρῶν μέσῳ τὴν πυρᾶν, καὶ πάντας ἐξέλιοντο, καὶ δοκεῖ φοβερόν εἶναι καὶ φρικώδες, ὁ θάνατος. οὗτοι μετὰ πάσης ἀνεδέξαντο τῆς προθυμίας· κ πλειονος ἔτρεχον ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἡδονῆς, ἢ ἐπ ἕτεροι καὶ τιμάς· ἤδυσαν γὰρ ὅτι μεγίστη τοῦ καὶ τιμῆ, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐδειξαν, ὅτι μόνος μακάριος ἐστὶν ὁ φιλοσοφίας ἐπιλημμέν ἄνω, καὶ μεταβολὴν οὐδεμίαν δέχεται, οὐδὲ θρίαν ὑπομένει τινὰ, ἀλλὰ διτηνεκούς εὐημερία λαύει, καὶ πάντων καταγελαῖ τῶν δοκούντων εἰς πηρῶν. Νῦν γοῦν οἱ μὲν ἐν δυναστεῖαις ἀθυμῆ

^δ Alii πάσης εὐνοίας.

profueris, maximam habes mercedem. Et ut discas, quod de lapsis tristari, etsi nihil prosumus, maximam nobis retributionem affert, audi Ezechielem dicentem, imo vere Deum per ipsum loquentem. Postquam enim misit quosdam ad subvertendum urbem, et ferro et igni consumendum ædificia omnia cum habitatoribus ipsis, imperat cuidam sic dicens: *Da signum in facie virorum gementium et dolentium (Ezech. 9. 4)*. Et cum aliis imperasset, et dixisset: *A sanctis meis incipite*: intulit dicens: *Supra quos autem est signum, ne ipsos tangite (Ib. v. 6)*. Qua, dic mihi, causa? Quoniam etsi nihil prosunt, tamen gemunt quæ geruntur et deplorant. Et alios rursus accusat, dicens: *Ventri et deliciis vacantes, et multa potientes libertate, videntes Judæos in captivitatem deduci, non doluerunt, non participes fuere tristitiæ: et ipsos accusans ait: Nihil passi sunt in contritione Joseph (Amos. 6. 6)*, Joseph appellans populum omnem. Et rursus: *Non exiit quæ habitat Ænan, plangere domum suæ conjunctam (Mich. 1. 11)*. Quamvis enim juste puniantur, vult Deus nos condolere, non autem gaudere et insultare. Si enim, ait, ego pœniens non lætus hoc facio, nec in ipsorum ultione delector (*Non enim voluntate volo mortem peccatoris [Ezech. 18. 25]*); oportet et te Dominum imitari, et propterea lugere, quoniam peccator justæ ultionis materiam præbuit et occasionem. Itaque si quis etiam secundum Deum tristetur, magnam inde sumit utilitatem. Cum igitur beatiore sint flagellati flagellantibus, et qui apud nos affliguntur, exteris positus in remissione, et dolentes gaudentibus: quæ nobis amplius erit tribulationis occasio? Propterea beatum haberi convenit neminem, nisi secundum Deum viventem solum. Hos quoque solos Scriptura beatos vocat: inquit enim: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum (Psal. 1. 1)*: *Beatus quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum: Beati immaculati in via: Beati omnes qui confidunt in eo: Beatus populus cujus Dominus Deus ejus¹ (Psal. 93. 12. et 118. 1. et 2. 13. et 32. 12)*: *Beatus quem non condemnavit anima ejus (Eccli. 14. 2)*: *Beatus vir, qui timet Dominum (Psal. 111. 1)*. Et rursus sic Christus: *Beati qui lugent, beati humiles, beati mites, beati pacifici, beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (Matth. 5. 3-10)*. Vides quomodo nullibi divitum quemquam, non generosum, non gloria politum beatificant divinæ leges, sed virtutem tantum assequutum? Quod quæritur enim, in omnibus, quæ facimus vel patimur, Dei timorem esse convenit, et si hanc præmittas radicem, non remissio tantum, nec honores, neque gloria atque ministeria, verum et infestationes et calumniæ, et contumeliæ, et ignominia, et tormenta, et omnia generaliter voluptatis fructus tibi germinabunt. Et sicut arborum radices, ipsæ quidem sunt amaræ, jucundissimos autem nobis fructus ferunt: sic profecto et secundum Deum tristitia multam nobis afferet voluptatem. Norunt quicumque sæpe cum do-

¹ Sic maxima pars Mss. Savil. autem et Morel, *cujus Dominus adiutor ejus*.

lore oraverunt et lacrymas effuderunt, quantam sicut lucrati lætitiã, quomodo conscientiam expurgarint, quomodo exsurrexerint cum bona spe: quod enim semper dico, non rerum natura, sed mens nostra nos contristare vel lætificare consuevit. Si igitur hanc talem reddamus, qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus: et sicut corpus non tantum aeris natura aut exteriores incursus, quantum propria dispositio et lædit et adjuvat: sic et in anima, et multo magis. Hic etenim naturæ est necessitas, illic vero totum in voluntate situm est. Propterea Paulus innumera passus mala, naufragia, bella, persecutiones, insidias, latronum incursus, et quæcumque nec oratione numerare licet, et quotidie moriens, non tantum non dolebat nec indignabatur, verum et gloriabatur et gaudebat, dicebatque: *Nunc gaudeo in passionibus meis, et suppleo defectus tribulationum Christi in carne mea (Coloss. 1. 24)*. Et iterum: *Non tantum autem, verum et gloriamur in tribulationibus (Rom. 5. 3)*. Gloriatio vero voluptatis est intentio.

4. Si lætitiã itaque cupis, non pecunias, non corporis sanitatem, non gloriam, non potentiam, non delicias, non lautas mensas, non sericarum vestium amictus quæras: non pretiosos agros domosve splendas et illustres, aut aliud hujusmodi quidquam sectare; sed philosophiam, quæ est secundum Deum, exerce, apprehende virtutem, et nil eorum quæ sunt aut expectantur, te poterit contristare: quid dico contristare? imo accessio tibi voluptatis erunt quæ alios contristant: etenim flagella, mortes, multæ, accusationes, ærumnæ, et omnia talia, cum propter Deum nobis inferantur, et hanc habeant radicem, multam nobis in animam inducunt voluptatem.

Nemo nos miseros facit nisi nos ipsi.—Nos enim miseros facere poterit nemo, nisi nos ipsos faciamus: sicut scilicet neque beatos, nisi nos efficiamus, post Dei gratiam. Utque discatis eum solum esse beatum, qui timet Dominum: non ex præteritis, verum ex his, quæ contigerunt nobis, hoc vobis nunc demonstrabo. Periculum fuit, ne urbs nobis tota deleretur, et divitum quidem, illustrium insigniumque virorum in medio apparere ausus est nemo, sed fugerunt omnes et recesserunt: qui vero Deum timebant, commorantes in monasteriis, hi multa cum fiducia accurrentes, omnia solverunt: et tantum abfuit ut accidentia mala et expectatæ comminationes ipsos terrerent et in anxietatem injicerent, ut longe a calamitate sedentes et nihil habentes commune, sponte seipos in medium mitterent incendium, et omnes eriperent: et quid omnibus terribile et horrendum esse videtur, mortem ipsi cum omni alacritate expectaverunt, et cum majori ad eam voluptate cucurrerunt, quam ad magistratus alii et honores. Norant enim, magnum esse hunc magistratum et honorem, et per ipsa demonstrant opera, quod hic solus est beatus, qui philosophiam apprehendit ex sursum, et mutationem nullam suscipit, nec ullam sustinet adversitatem, sed continua tranquillitate fruitur, et omnia deridet, quæ videntur esse tristitia. Nunc enim qui sunt in primis ma-

gastratibus, tristitia multa tenentur, carcerem habitantes, catenis obstricti, quotidie mori expectantes; hi vero purissima fruuntur voluptate, etiam si quid grave pati accidat: et quæ aliis terribilia esse videntur, hæc ipsis sunt desiderabilia: norunt enim ad quid currunt, et quis finis, postquam hinc discesserint, suscipiet: et cum tanto viventibus studio, et mortem deridentes, pro aliis tamen dolent, et ex hoc vicissim magnam capiunt utilitatem. Studeamus igitur animæ nostræ curam habere, et inexpectatorum nihil nos poterit contristare; et pro carceratis Deum oremus, ut eos ab imminente ipsis liberet calamitate. Poterat nempe totum simul solvere malum, et ne tenues quidem dimittere reliquias; sed ne rursus ad priorem revertamur torporem, sensim et paulatim horum torrentem malorum remittere curavit, in eadem nos retinens pietate. Et quod hoc sit verum, quodque multi ad priorem rediissent torporem, si brevi cuncta soluta fuissent, inde manifestum est: adhuc calamitatis reliquiæ remaneant, et adhuc Imperatoris est incerta sententia, et omnes qui civitatis negotia administrabant sunt in vinculis; multi tamen civitatem nobiscum habitantium lavandi cupiditate ad fluvium currunt, innumeris illic se conviciis mordentes, luxuriantes, lascivientes, saltantes, feminas pertrahentes. Qua igitur illi venia digni? qua excusatione? imo vero qua non sunt pœna et ultione digni? Civitatis caput in carcere, membra nostra in exsilio, incerta de his sententia: et tu dic, quæso, saltas et ludis et rides? Dicit aliquis: Non illoti manere ferimus. O impudentem sententiam, o mechanicam et perditam! quot menses, dic, rogo, fuerunt? quot anni? nondum viginti dies balneis exclusus egisti, et tanquam totum illotum transegeris annum, sic mœres et indignaris? Siccine, quæso, fuisti cum militum in-

cursum, cum per singulos mori dies expectabas, quando in deserta fugiebas et ad montium currebas vertices? Si quis tibi tunc totum annum illotum manere proposuisset, ut ab instanti liberareris anxietate, nonne prompte suscepisses atque tulisses? Cum igitur illi, qui absque omni damno hæc solvit, Deo gratias agere conveniat, lascivis rursus et contumeliam facis, et quoniam metus transivit, ad majorem iterum torporem rediisti? Sic te tetigerunt mala, ut appetas et balnea? licet enim balnea permitterentur, non poterat morientium calamitas, etiam eis qui in his non essent miseris, persuadere, ut omnium obliviscerentur deliciarum? De anima periculum est, et in balnearum recordaris, et deliciis vis vacare? Contemnis qui nunc effugisti? Vide ne majoris pœnæ tibi necessitatem circumponas, et ablatas rursus minus cum majori attrahas discrimine, et idem patiaris, quod de dæmonibus¹ inquit Christus. Postquam enim egressus fuerit spiritus immundus, inquit, et postea invenerit domum vacantem et scopis mundatam, septem alios spiritus nequiores se iterum assumens, revertitur in animam, et sunt posteriora ejus pejora prioribus (Luc. 11. 24-26). Timeamus igitur et nos, ne a prioribus liberati, inertia subrepente, prioribus pejora subeamus. Novi vos ab hac alienos stultitia; verum et in-composite ambulantes cohibete, punite, castigate; ut semper gaudeatis², sicut Paulus imperavit, ut et propriorum hic meritorum et aliorum curam multam et hic et in futura vita capiamus mercedem, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Savil. et quidam Mss., de dæmoniis.

² Ad alios: *Ut semper gaudeamus*

DOMINICA SERVATÆ (a) AD HOMINES AGROS COLENTES, ET DE VITANDO JURAMENTO.

HOMILIA XIX.

1. Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus: spirituali celebritate repleti exultastis honestis exultationibus: vidistis aperta latera et ilia concisa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum species: humanam vidistis naturam supernaturalia præstantem, et coronas sanguine contextas: pulchram saltastis choream, in omnem partem civitatis hoc honesto duce vos circumagente. Sed nos et invitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etsi solemnitati non interfuimus, de voluptate participavimus: etsi de concione fructum non cepimus, vobiscum tamen lætitiâ communem habuimus. Talis est enim caritatis vis: non fruentes pariter cum fruentibus gaudere facit, communia proxi-

(a) Erat autem *Servata* dies Ascensionis, ut ait Simeon Allatus; *Dominica vero Servatæ* Dominica quinta post Pascha. Quod vero id difficultate non vacet, pluribus ea de re disseruimus in *Monito*. Certe hic alia prorsus *Dominica* indicari videtur.

morum bona putare persuadens. Propterea et domi sedens gaudebam vobiscum, et morbo nondum solutus surrexi et cucurri ad vos, ut desiderabiles facies vestras intuerer, et præsentis festivitatis particeps fierem. Festivitatem enim maximam esse puto præsentem diem, propter fratrum præsentiam nostrorum, qui urbem nobis hodie adornaverunt et ecclesiam honestarunt. Populus lingua¹ quidem nobis diversus (b), fide vero consonus: populus in tranquillitate vivens, vitam habens modestam et venerabilem. Apud hos enim viros non iniquitatis spectacula, nec eorum certamina, neque meritoria mulieres, non reliquis urbis tumultus sed omne luxuriæ genus eliminatum est; multa vero ubique modestia floret. Id vero est in causa, quod laboriosa sit ipsis vita, et virtutis scholam atque modestiæ habeant terræ culturam, artem tractantes, quam ante reliquas omnes

¹ Sav. et alii voci, *lingua*, addunt, *propria*. — *Infra*, nec *reliqua urbis dissolutio*.

(b) Agri Antiocheni rustici Syriacæ loquebantur.

γονται, τὸ δεσμοτῆριον οἰκούντες, ἀλύσεις περι-
 μένοι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθάνεισθαι
 ἰοκῶντες· οὗτοι δὲ καθαρωτάτης ἀπολαύουσιν
 ς, κἂν συμβαίῃ τι παθεῖν δεῖνόν, καὶ ἅ τοῖς ἄλλοις
 δοκεῖ φοβερὰ, ταῦτα τούτοις ἐστὶ ποθεινὰ· Ἰσασί
 πᾶ τί τρέχουσι, καὶ ποῖα λῆξις μετὰ τὴν ἐντεῦθεν
 μίαν διαδέξεται. Καὶ τοσαύτη συζῶντες ἀκρι-
 καὶ θανάτου καταγελῶντες, ὁμῶς ὑπὲρ τῶν ἄλ-
 λουσι, καὶ ἀπὸ τούτου μεγίστην πάλιν ὠφέλειαν
 οὖνται. Σπουδάσωμεν τοίνυν τῆς ψυχῆς ἐπιμε-
 ει τῆς ἡμετέρας, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ἀδοκῆτων
 εἶ δύναται· καὶ ὑπὲρ τῶν ἐμβεδλημένων τὸν
 παρακαλῶμεν, ὥστε αὐτοὺς ἀπαλλάξαι τῆς ἐπι-
 νης αὐτοῖς συμφορᾶς. Ἡδύνατο μὲν γὰρ ὁ Θεὸς
 ν λῦσαι τὸ δεῖνόν, καὶ μηδὲ μικρὰ ἀφεῖναι λεί-
 ἄλλ' ἵνα μὴ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανέλ-
 ῶν βῆθυσίαν, ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν τὸν χεῖμαρ-
 ῶν κακῶν τούτων χαλᾶν παρεσκεύασε, κατέχων
 ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐλαθείας. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν
 ς, καὶ πολλοὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανῆλθον ἂν
 εἶαν, εἰ συντόμως ἐλύθη τὸ πᾶν, δῆλον ἐκεῖθεν·
 ἰὰ λείψανα μένει τῆς συμφορᾶς, καὶ ἐτι τοῦ βασι-
 ἄδελφός ἐστιν ἡ γνώμη, καὶ οἱ τὰ τῆς πόλεως
 εἰς πράγματα ἀπαντές εἰσιν ἐν δεσμοῖς, καὶ πολ-
 ῶν τὴν πόλιν ἡμῶν οἰκούντων τῇ τοῦ λούεσθαι
 μίᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τρέχουσι, μυρία κωμω-
 ῖς ἐκεῖ, ἀσελγαίνοντες, σκιρτῶντες, χορεύοντες,
 εἰς ἐπισυρόμενοι. Ἄρα τίνας ἂν εἰεν ἐκείνοι
 ὠμῆς ἄξιοι, ποίας ἀπολογίας; μάλλον δὲ ποίας
 ν εἰεν ἄξιοι κολάσεως καὶ τιμωρίας; Ἡ κεφαλὴ
 τῆς πόλεως ἐν τῷ δεσμοτῆριῳ, τὰ μέλη ἡμῶν ἐν
 εἰ, ἄδελφος ἡ περὶ τούτων ψῆφος, καὶ σὺ χορεύεις,
 οἱ, καὶ παίζεις καὶ γελᾶς; Οὐ γὰρ φέρομεν τὴν
 ἴαν, φησὶν. Ὡ τῆς ἀνασχύντου γνώμης! ὦ τῆς
 σου καὶ διεσπασμένης! πόσοι γεγόνασιν, εἰπέ
 μήγης; πόσοι ἐνῆαυτοί; οὐπω εἴκοσιν ἡμέρας
 τῶν βαλανείων ἀποκλεισθεῖς, καὶ ὡς ἐνιαυτὸν
 ὠλόκληρον ἐν ἀλουσίᾳ, [188] οὕτως ἀλύεις καὶ

δυσχεραίνεις; Οὕτως ἦσθα, εἰπέ μοι, ὅτε στρατιωτῶν
 προσδόκησας ἐφοδόν, ὅτε καθ' ἑκάστην ἡλιπίζεις τὴν
 ἡμέραν ἀποθάνεισθαι, ὅτε εἰς τὰς ἐρήμους ἐφυγες,
 καὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὄρεων ἔτρεχες; Εἰ τίς σοι τότε
 πρότεινεν ἐνιαυτὸν ὠλόκληρον ἐν ἀλουσίᾳ μέναι, ὥστε
 ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐπικειμένης ἀγωνίας, οὐκ ἂν ἵτοί-
 μως κατεδέξω καὶ ὑπέμεινάς; Δέον οὖν εὐχαριστεῖν
 τῷ χωρὶς πάσης ζημίας λύσαντι ταῦτα Θεῷ, σκιρτᾶς
 πάλιν καὶ ἐξυδρίζεις, καὶ ἐπειδὴ παρῆλθεν ὁ φόβος,
 πρὸς μελίζονα πάλιν ἐπανῆλθες βῆθυσίαν; Οὕτω σου
 καθήψατο τὰ δεινὰ, ὡς καὶ βαλανείων ἐπιθυμῆσαι; εἰ
 γὰρ ἀνεῖτο τὰ βαλανεία, οὐκ ἦν ἱκανὴ τῶν ἐτι κατ-
 εχομένων ἡ συμφορὰ, καὶ τοὺς οὐκ ὄντας ἐν τοῖς δευτοῖς
 τούτοις πεῖσαι πάσης ἐπιλαθέσθαι τρυφῆς; Περὶ ψυχῆς
 ὁ κίνδυνός ἐστι, καὶ σὺ βαλανείων μέμνησαι, καὶ τρυ-
 φῆν βούλει; Καταφρονεῖς ὅτι διέφυγες νῦν; ὅρα μὴ
 μελίζονος κολάσεως σαυτῷ περιστήσης ἀνάγκην, καὶ
 πάλιν ἀπελθοῦσαν καλέσης μετὰ πλείονος τῆς περιου-
 σίας τὴν ἀπειλήν, καὶ πάθης ταυτὸν, ὃ περὶ τῶν δαι-
 μόνων ὁ Χριστὸς· ἐπειδὴν γὰρ ἐξέλιθη τὸ
 πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, φησὶν, εἴτα ἔτερᾳ τὸν εἶκον
 σχολάζοντα καὶ σεσαρωμένον, ἐπτά ἔτερᾳ πνεύματα
 πονηρότερα ἑαυτοῦ πάλιν λαβὼν ἐπισέρχεται τῇ ψυχῇ,
 καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα αὐτοῦ χείρονα τῶν πρώτων.
 Φοβηθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, μὴ τῶν προτέρων ἀπαλλα-
 γέντες, μελίζονα τῶν προτέρων ἐπισπασώμεθα· διὰ τῆς
 μετὰ ταῦτα βῆθυσίας. Οἶδα, ὅτι ὑμεῖς ταύτης καθαροὶ
 ἐστε τῆς ἀτοπίας· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατ-
 ἔχετε, κολάζετε, σωφρονίζετε, ἵνα πάντοτε χαίρωμεν.^d
 καθὼς ὁ Παῦλος προσέταξεν, ὅπως καὶ τῶν οικείων
 κατορθωμάτων καὶ τῆς ἐτέρων προνοίας πολλὴν καὶ
 ἐνταῦθα, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν καρπωσώμεθα
 τὴν ἀμοιβήν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου
 ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὐ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἄμα
 τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνσεις, νῦν
 καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

^b Savil. et quidam mss. περὶ τῶν δαιμονίωντων.

^c Sic recte Savil. Editum fuerat, satis male, ἐπισπασώ-
 μεθα. Ἐστ.

^d Alii χαίρητε.

ivil. et quidam mss. δυσχεραίνεις. Τοῦτο; ἦσθα. Infra
 τῶν ὄρεων ἀνέτρεχε.

Τῇ Κυριακῇ τῆς ἐπισωζόμενης^a πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας· καὶ περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν.

Ὁμιλία ιθ'.

Κατετρυφήσατε τῶν ἁγίων μαρτύριον ἐν ταῖς ἡμέ-
 ραις ταύταις ἡμέραις· ἐνεφορήθητε τῆς πνευματικῆς
 ς· ἐσκιρτήσατε τὰ καλὰ σκιρτήματα· εἶδετε
 ς· ἡνευγμένους, καὶ λαγῶνας κατατμηθείσας,
 καταρβέον πάντοθεν, μυρία βασανιστηρίων εἶδη·
 εἰ φύσιν ἀνθρωπίνην τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐπιδεικνυμέ-
 καὶ στεφάνους ἐξ αἵματος πλεοκλήτους· ἐχορεύ-
 χορείαν καλὴν, πανταχοῦ τῆς πόλεως τοῦ καλοῦ
 ν περιάγοντος ὑμᾶς στρατηγῷ· ἀλλ' ἡμᾶς [189]
 λένετα καὶ ἄκοντας οἰκοὶ μένειν κατηνάγκαζε. Πλὴν
 εἰ μὴ μετέσχομεν τῆς ἑορτῆς, μετέσχομεν τῆς
 ς· εἰ καὶ μὴ τῆς πανηγύρεως ἀπλησταίμεν, ἀλλ'
 ὠνήσαμεν τῆς εὐφροσύνης ὕμν. Τοιαύτη γὰρ ἡ
 ἰγάτης δύναμις· τοὺς οὐκ ἀπολαύοντας τῶν ἀπο-
 τῶν ἐξ Ἰσῆς ποιεῖ χαίρειν, κοινὰ τὰ τῶν πλησίων

ἀγαθὰ πείθουσα νομίζειν. Διὰ τοῦτο καὶ οἰκοὶ καθ-
 ἡμενος ἔχαιρον μεθ' ὑμῶν, καὶ τῆς ἀβρωστίας μοι μη-
 δέπω λυθείσης ἀπάσης, ἀνέστην καὶ ἔδραμον πρὸς ὑμᾶς,
 ὥστε τὰ ποθεινὰ πρόσωπα ὑμῶν ἰδεῖν καὶ τῆς παρού-
 σης ἑορτῆς μετασχεῖν. Ἐορτὴν γὰρ μεγίστην εἶναι νο-
 μίζω τὴν παροῦσαν ἡμέραν, διὰ τὴν τῶν ἀδελφῶν παρ-
 ουσίαν τῶν ἡμετέρων, οἱ τὴν πόλιν ἡμῶν ἐκαλλώπι-
 σαν τῆμερον καὶ τὴν ὁ ἐκκλησίαν ἐκόσμησαν. Λαὸς
 κατὰ μὲν τὴν γλώτταν ἡμῶν ἐνηλλαγμένος, κατὰ δὲ
 τὴν πίστιν ἡμῶν συμφωνῶν, λαὸς ἀπραγμοσύνη συζῶν,
 βίον σώφρονα καὶ σεμνὸν ἔχων. Παρὰ γὰρ τοῖς ἄν-
 ὄρασι τούτοις οὐκ ἐστὶ θέατρα παρανομίας, οὐδὲ ἱπ-
 πων ἄμιλλαι, οὐδὲ πόρνοι γυναῖκες, οὐδὲ ἡ λοιπὴ τῆς
 πόλεως ταραχὴ· ἀλλ' ἅπαν μὲν ἀσελγείας εἶδος ἐξελή-
 λαται, πολλὴ δὲ πανταχοῦ ἀνθεὶ ἡ σωφροσύνη. Τὸ δὲ
 αἴτιον, ἐπίπονος αὐτοῖς ἐστὶν ὁ βίος, καὶ διδασκαλείον

avil. et quidam mss. τῆς ἐπισωζόμενης, et hæc est vera
 Morel. et quidam alii τῆς σωζόμενης.

^b Savil. et alii ἐκαλλώπισαν τῆμερον καὶ τῆς (Receptimus τό-
 μρον.) Ibidem mox κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶτταν. ἰδὲν ἰδὲν οὐδὲ ἡ
 λοιπὴ τῆς πόλεως βλακεία.

τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς σωφροσύνης ἔχουσι τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν, καὶ τέχνην μετιόντες ἦν πρὸ τῶν ἄλλων ἀπασῶν ὁ θεὸς εἰς τὸν βίον εἰσήγαγε τὸν ἡμέτερον. Καὶ γὰρ πρὸ τῆς ἀμαρτίας ὁ Ἄδᾶμ, ἥνίκα πολλῆς ἀπήλασε παρβρόσιας, γεωργίαν τινὰ ἐπετάγη μετιέναι, οὐκ ἐπίπονον μὲν οὐδὲ ταλαιπωρίαν ἔχουσαν, πολλὴν δὲ αὐτῷ παρέχουσαν τὴν φιλοσοφίαν. Ἔθηκε γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν τὴν παράδεισον. Τοῦτων ἕκαστον ἴδους ἂν ^a, νῦν μὲν ζευγνύντα βίος ἀροτῆρας καὶ ἀροτρον ἔλκοντα καὶ βαθεῖαν αὐλακα κατατέμνοντα ^b, νῦν δὲ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντα βῆμα καὶ τὰς ψυχὰς ἀροτριῶντα τῶν ὑπηκόων, νῦν μὲν δρεπάνῃ τὰς ἀκάνθας ἐκτέμνοντα τῆς γῆς, νῦν δὲ λόγῳ τὰς ἀμαρτίας ἐκκαθαίροντα τῶν ψυχῶν. Οὐ γὰρ ἐπιαιχρῶνται τὴν ἐργασίαν, καθάπερ οἱ τὴν πόλιν ἡμῖν οἰκούντες, ἀλλ' ἐπιαιχρῶνται τὴν ἀργίαν, μαθόντες ὅτι πᾶσαν ἐκείνη τὴν κακίαν ^c ἐδίδαξε, καὶ διδάσκαλος πονηρίας ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτήν. Οὗτοι μάλιστα εἰσὶν οἱ τὴν ἀρίστην ἡμῖν φιλοσοφούντες φιλοσοφίαν, οὐκ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης τὴν ἀρετὴν ἐνδοικνύμενοι τὴν ἑαυτῶν. Ὡς οἱ γε τῶν ἔξωθεν φιλόσοφοι τῶν ἐν τῇ σκηνῇ καὶ ταῖς τῶν μίμων παιδιαῖς οὐδὲν ἀμεινον διακρίνεται, τοῦ τρίβωνος καὶ τοῦ πύγωνος καὶ τῆς στολῆς οὐδὲν πλέον ἔχοντες ἐπιδείξασθαι· οὗτοι δὲ τὸναντίον ἄπαν, βακτηρία καὶ πύγωνι καὶ τῇ ἄλλῃ κευκῇ πολλὰ γαίρειν εἰπόντες, τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν κατακόσμησαν τοῖς τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας δόγμασιν, οὐχὶ τοῖς δόγμασι δὲ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. Κἂν ἔρη τινὰ τούτων τῶν ἐν ἀγροικίᾳ ζώντων, καὶ ἐν σκαπάνῃ καὶ ἐν ἀρότρῳ δαπανηθέντων, ὑπὲρ τῶν δογμάτων, ὑπὲρ ὧν μυρία περιελθόντες οἱ τῶν ἔξωθεν φιλόσοφοι καὶ πολλοὺς ἀναλώσαντες λόγους οὐδὲν ἡδυνήθησαν ὑγιεῖς εἰπεῖν, μετὰ ἀκριβείας ἀποκρινεῖσθαι σοὶ πάντα ἐκ πολλῆς τῆς σοφίας. Καὶ οὐ τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ τῶν [190] ἔργων βεβαιούνται τὴν διὰ τῶν δογμάτων πίστιν. Καὶ γὰρ ὅτι ψυχὴν ἀθάνατον ἔχομεν, καὶ μέλλομεν τῶν ἐνταῦθα πεπραγμένων εὐθύναις διδόναι καὶ βήματα· παρίστασθαι φοβερῶ, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπισεῖν, καὶ τὴν βίον ἄπαντα πρὸς ταῦτα κατεστήσαντο τὰς ἐλπίδας, καὶ πάσης ἀνώτεροι βιωτικῆς ἐγένοντο φαντασίας, παιδευθέντες παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι *Ματαιότης ματαιότητων, τὰ πάντα ματαιότης*, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λαμπρῶν κεχῆνασιν.

Οὗτοι καὶ περὶ Θεοῦ φιλοσοφεῖν ἴσασιν ταῦτα, ἅπερ ἐπέταξεν ὁ θεός· κἂν ἕνα αὐτῶν λαβῶν φιλοσοφῶν τινα τῶν ἔξωθεν ἀγάγῃς εἰς μέσον νῦν· μᾶλλον δὲ νῦν μὲν οὐδένα ἔστιν εὐρεῖν· ἂν δὲ τινα τούτων λαβῶν, καὶ τὰ βιβλία τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς φιλοσοφησάντων ἀναπτύξῃς ἐπέλθῃς, καὶ τί μὲν οὗτοι ἀποκρίνονται νῦν, τί δὲ ἐκείνοι τότε ἐφιλοσόφησαν παράλληλα θεῖς ἐξετάσης, ὅφει πόση μὲν ἢ τούτων σοφία, πόση δὲ ἢ ἐκείνων ἀνοία. Ὅταν γὰρ οἱ μὲν αὐτῶν μηδὲ προνοίας λέγωσιν ἀπολαύειν τὰ θνητά, μηδὲ ὑπὸ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὴν κτίσιν, μήτε τὴν ἀρετὴν αὐτῆν ἑαυτῇ αὐτάρχη εἶναι, ἀλλὰ δεῖσθαι χρημάτων καὶ εὐγενείας καὶ τῆς ἔξωθεν περιφρονείας, καὶ ἕτερα πολλῶν τούτων καταγελαστότερα· οὗτοι δὲ καὶ περὶ προνοίας, καὶ περὶ δικαστηρίων τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τῆς ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα παραγαγούσης, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων φιλοσοφῶσι, τῆς ἔξωθεν ὁλως μὴ μετασχόντες

δοι τις ἂν Μηνὶ ἰδέα βουῖ ἀροτῆρας.

λακίαιον.

παιδεύσεως· τίς οὐκ ἂν αὐτόθεν μάθοι τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, ἢ τοὺς ἀγγραμμάτων καὶ ἰδιώτας τῶν μετὰ ἐπὶ σοφίᾳ κομπαζόντων τοσοῦτω σοφωτέρους ἀπέδειξεν, ὅσω τῶν μικρῶν παιδίων τοὺς ἔμπρονας ἄνδρας ὑπερέχοντας ἔστιν ἰδεῖν; Τί γὰρ αὐτοῖς βλάβος ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν λόγον ἰδιωτείας γένοιτ' ἂν, ὅταν τὰ νοήματα αὐτοῖς πολλῆς γέμῃ σοφίας; τί δὲ ὄφελος τοῖς ἔξωθεν ἀπὸ τῆς τῶν λόγων διδασκαλίας, ὅταν ἐρήμη νοημάτων ἢ διάνοια ἢ; Ὅσπερ ἂν εἰ τις μάχαιραν ἔχοι τὴν μὲν λαβὴν ἔχουσαν ἀργυρᾶν, τὸ δὲ σιδήριον μολύβδου παντὸς ἀσθενέστερον· καὶ γὰρ καὶ τούτοις ἢ μὲν γλῶττα διὰ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων ἐστὶ κεκαλλωπισμένη, ἢ διάνοια δὲ πολλῆς γέμει τῆς ἀσθενείας, καὶ πρὸς ἅπαντα αὐτοῖς, ἐστὶν ἀχρηστος· ἀλλὰ οὐχὶ τῶν φιλοσόφων τούτων, ἀλλὰ τὸναντίον ἄπαν, πολλῆς αὐτοῖς ἢ διάνοια γέμει εὐσοφίας ^d πνευματικῆς, καὶ ὁ βίος τὰ δόγματα μίμειται. Παρὰ τούτοις οὐκ εἰσιγναίικες θρυπτοῦμαι, οὐδὲ ἰματίων καλλωπισμῶς, οὐδὲ ἐπιτερίμματα καὶ ὑπογραφαί, ἀλλὰ πᾶσα τοιαύτη διαφθορὰ τρόπων ἀπελήλαται· ὅθεν καὶ εὐκολώτερον τὸν ὑποτεταγμένον αὐτοῖς δῆμον εἰς σωφροσύνην ἀγούσι, καὶ τὸν τοῦ Παύλου νόμον, τὸν κελεύοντα σκεπάσματα ἔχειν καὶ διατροφάς, καὶ μηδὲν πλέον ἐκζητεῖν, μετὰ πολλῆς φυλάττουσι τῆς ἀκριβείας. Παρὰ τούτοις οὐκ ἔστιν ἀλοιοφῆ μύρων καταγοητεύουσα τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἢ γῆ βοτάνας ἐκφέρουσα παντὸς μυρεβοῦ σφοδρότερον αὐτοῖς κατασκευάζει τὴν ποικίλην τῶν ἀνῶν εὐωδίαν. Διὰ τοῦτο αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα ὑγιείας ἀπολαύει καθαρὰς μετὰ τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ πᾶσαν τρυφήν ἀπῆλασαν καὶ τὰ πονηρὰ τῆς μέθης ἐξέβαλον βέμματα, καὶ τοσοῦτον ἐσθίουσιν, ὅσον ἀποζῆν. [191] Μὴ τοίνυν ἀπὸ τοῦ σχήματος αὐτῶν καταφρονῶμεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν αὐτῶν θαυμάζωμεν. Τί γὰρ ὄφελος τῆς ἔξωθεν περιβολῆς, ὅταν ἢ ψυχὴ προσαίτου παντὸς ἀθλιώτερον ἐσταλμένη ἢ; Τὸν ἄνδρα οὐκ ἀπὸ τῶν ἰματίων, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐπαίνειν χρὴ καὶ θαυμάζειν. Ἀπόδυσον τούτων ^e τὴν ψυχὴν, καὶ ὄψει τὸ κάλλος αὐτῆς· καὶ τὴν πλοῦτον διὰ τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν δογμάτων, διὰ τῆς ὁλως τῶν τρόπων καταστάσεως.

β'. Αἰσχυνέσθωσαν τοίνυν οἱ Ἕλληνες, ἐγκαλυπέσθωσαν καὶ καταδυσέσθωσαν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν φιλοσόφοις, καὶ τῇ πάσης μωρίας ἀθλιωτέρα αὐτῶν σοφία. Οἱ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς φιλόσοφοι κατὰ τὸν καιρὸν, ὃν ἔζων, ὀλίγους μάλιστα καὶ σφόδρα εὐαριθμήτους ἔγχεσαν τὰ ^f αὐτῶν διδάξει δόγματα, καὶ κινδύονο μικροῦ καταλαβόντος καὶ τούτους ἀπώλεσαν· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μαθηταί, οἱ ἀμῆναι, καὶ τελῶναι, καὶ σκηνοποιοί, ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τὴν οἰκουμένην ἄπασαν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγον, καὶ μυρίων ἐξ ἐκείνου γινομένων κινδύων, οὐ μόνον οὐκ ἐσβέσθη τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ καὶ ἀνθεὶ καὶ πρὸς τὸ μέγιστον ἐπιδίδουσι· καὶ φιλοσοφεῖν ἐδίδαξαν ἀνθρώπους ἰδιώτας καὶ γηπόνους καὶ θρέμμασιν ὀμιλοῦντας. Οὗτοι μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων καὶ τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν ^g ἀγάπην ἐβρίζωμένην ἔχοντες, ἔσπευσαν πρὸς ἡμᾶς τοσαύτην δραμόντες ἐλθεῖν ὁδόν, καὶ τὰ οἰκεία περιπτύξασθαι μέλη.

Φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς ἀντὶ τῶν δώρων τούτων, τῆς ἀγάπης λέγω καὶ τῆς διαθέσεως, ἐφρόδια δόντες αὐτοῖς, ὡς αὐτοὺς ἀποπέμψωμεν, καὶ τὸν περὶ τῶν ὄρκων πάλιν κινήσωμεν λόγον, ὥστε πρόβρίζον ἐκ τῆς διανοίας ἀπάντων ἀνασπασθῆναι τὴν πονηρὰν ταύτην συνθήκαιον.

^d Αἰσὶ σοφίας.

^e Savil. τούτου.

^f Savil. πῶσαι φυλάξει τὰ. Morel. διδάξει τὰ.

^g Savil. et quidam manuscriptorum οὗτοι μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν.

in vitam Deus nostram intulit. Etenim ante peccatum Adam quando multa fruebatur libertate, agriculturam quamdam obire iussus est, non laboriosam quietem, nec ærumnas habentem, sed multam sibi præbentem philosophiam. *Posuit enim ipsum, ait, ut operaretur et custodiret paradisum (Gen. 2. 15)*. Horum quemque cerneret nunc quidem boves jugantem aratorios et aratrum trahentem et profundum scindentem sulcum, nunc autem sacrum ascendentem suggestum et subditorum animas arantem: nunc quidem agri spinas excidentem falce, nunc vero sermone ex animis peccata extergentem. Non enim erubescunt culturas, sicut urbis nostræ incolæ, sed erubescunt segnitiam, quoniam didicerunt illam omnem docuisse malitiam: et ab initio se diligentibus nequitie fuisse magistram. Hi sunt maxime qui nobis optimam philosophari videntur philosophiam, non ex habitu, sed ex sententia virtutem suam exhibentes. Itaque externorum philosophi, scenicis et mimorum ludis vacantibus nihilo melius se habent, pallio et barba et stola nihil amplius exhibere valentes: hi vero contra, baculo et barba et reliquo apparatu longum valere iussis, animam suam veræ philosophiæ præceptis exornare, nec præceptis tantum, verum et operibus ipsis. Et si horum quempiam interroges in agricultura viventium, et ligone et aratro confectorum, de dogmatis, de quibus infinita quærentes externi philosophi, et sermones multos fundentes, nihil sanum dicere potuerunt, sedulo cuncta tibi cum multa respondebit sapientia. Nec hoc tantum est admirabile, verum et quoniam per opera dogmatum fidem firmant. Etenim quod animam habeamus immortalem, et omnium quæ hic geruntur rationes reddere debeamus, et tremendo assistera tribunali, et in mente sibi persuaserunt, et vitam omnem ad hanc spem instituerunt, et omni sæculari pompa superiores redditi, atque a divina eruditi Scriptura, quod *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas (Eccl. 1. 2)*: ad nil eorum quæ videntur esse clara, anhelant.

Rustici sapientiores antiquis philosophis. — Hi et de Deo hæc philosophari norunt, quæ Deus mandavit. Ac si assumens eorum unum, philosophum aliquem externorum nunc in medium adducas, imo vero nunc quidem nullus potest inveniri; si vero horum assumas unum, evolensque priscorum philosophorum libros percurras: et quid hi quidem nunc respondent, quid autem illi tunc philosophati sunt, in comparatione ponens discutias, videbis quanta sit horum sapientia, quanta vero illorum dementia. Cum enim ipsorum quidam nullam in rebus esse providentiam dicant, nec a Deo creatum esse mundum, neque virtutem sibi ipsi sufficientem esse, sed opus esse pecuniis et nobilitate et exteriori claritate, et multa alia his magis ridicula: hi autem et de providentia, et de iudiciis sequentibus, et de Dei creatione, qui ex nihilo omnia produxit, et de aliis omnibus philosophentur, nihil omnino de externa scientes disciplina, quis non hinc Christi potentiam discat, quæ illiteratos et idiotas multum in sapientia gloriantibus tanto sapientiores

demonstraverit, quanto parvis puerulis prudentes viros præstantes cernere est? Quod enim ipsis damnatum ex sermonis imperitia esse possit, cum mentes multa sint ipsis plenæ sapientia? quæ vero externis ex sermonum disciplina utilitas, cum mens sensu sit vacua? Ut si quis ensem gereret, capulum quidem argenteum habentem, ferrum vero quolibet plumbo imbecillius: et his enim lingua quidem verbis et nominibus est ornata, mens vero multa repleta est infirmitate, et ipsis ad omnia est inutilis: at non sic horum philosophorum, sed penitus contrarium, multæ mens ipsis philosophiæ spiritualis est plena, et dogmata vita sectatur. Apud hos non sunt mulieres luxuriantes, nec vestimentorum ornatus, nec colores et fuci, sed omnis huiusmodi morum corruptio pulsa est. Unde facilius quoque subditum sibi populum in modestiam deducunt, et Pauli legem velamina et escas habere, et nil amplius quærere iubentem (1. Tim. 6. 8), multa cum diligentia custodiunt. Apud hos non est unguentorum usus mentem allectans, sed terra herbas proferens omni unguentario sapientius ipsis variam florum parat suavitatem. Propterea et ipsis corpora cum animis pura sanitate potiuntur, quoniam omnes delicias expulerunt, et nequissima ebrietatis fluentia fugaverunt, et tantum comedunt, quantum ad vivendum sufficit. Ne ipsos igitur ex habitu contempnamus, sed ipsorum mentem admiremur. Quæ namque exterioris amictus utilitas, cum anima mendico sit omni miserius induta? Virum non a vestimentis, imo nec ab ipso corpore, sed ab anima laudare decet et admirari. Horum animam exue, et ipsius pulchritudinem videbis atque divitias per verba, per dogmata et per omnem morum constitutionem.

2. Erubescant igitur gentiles, secedant et abscondantur, de suis philosophis, de sua sapientia omni stultitia miseriore. Apud ipsos eam philosophi per vitæ suæ tempus vix paucos et facile numerabiles dogmata sua docere potuerunt¹, et vel exiguo apprehendente periculo hos etiam perdiderunt; Christi vero discipuli, piscatores, et publicani, et tentoriarum sutores, paucis annis totum mundum ad veritatem converterunt: et innumeris tamen nascentibus periculis non tantum non est extincta prædicatio, verum et floret ac in majus augetur, et philosophari docuerunt homines rudes et agricolas et inter armenta versantes. Hi præter cætera omnia, et omnium bonorum causam, caritatem radicam habentes², ad nos festinaverunt tantam currentes viam, ut venirent et propria circumplecterentur membra.

Rursum de juramentis. — Eia igitur et nos pro donis istis, caritate dico et affectu, viatica dantes, sic ipsos remittamus, et rursum de juramentis sermonem moveamus, ut radicatus ex omnium mente improba hæc consuetudo revellatur. Prius autem volo pauca de dictis a nobis superius hodie commemorare. Postquam

¹ Sic Morel. Savil. autem, *dogmata sua ut observarentur persuadere potuerunt.*

² Sav. et quidam Mss.: *Sic præter cætera omnia bona, causam charitatem radicam habentes.*

enim a Perside dimissi Judæi et ab illa liberati tyrannide, in propriam rediere patriam : *Vidi falcem, inquit, volantem longitudine cubitorum viginti, et latitudine cubitorum decem (Zach. 5. 1. 2)* : et prophetam se docentem audierunt : *Hæc est maledictio egrediens supra faciem terræ, et ingrediens domum pejerantis, et dissolvit in medio, et ligna et lapides destruet omnes (Ib. v. 3. 4)*. Et his tunc lectis, quærebamus quare non juratum solum, sed etiam ipsius domum dissolvit : et hanc causam esse dicebamus, quoniam gravissimorum pœnas peccatorum vult Deus continuas permanere, ut omnes post hæc corrigantur. Quoniam igitur perjurum necesse est mortuum sepeliri et terræ sinibus tradi, ne cum ipsius corpore et iniquitas consepiatur, domum maceriem fecit, ut prætereuntes cuncti ipsam cernentes et suffossionis causam discerentes, peccati imitationem fugiant. Hoc et in Sodomis factum est. Postquam enim exarserunt in sui concupiscentiam mutuam, etiam terræ natura ab igne superne delato succensa fuit (*Gen. 19*) : volebat enim hujus peccati ultionem manere perpetuam. Et nota Dei clementiam : non ipsos peccatores perpetuo usque in præsentem diem ardere fecit, sed illos semel incensos occultavit ; terræ vero faciem succensam in medium omnibus proposuit post hæc cernere volentibus, et nunc omni lingua elarius omnes posteras generationes terræ commonet aspectus, tantum non clamans et dicens, Ne patretis Sodomorum scelera, ne pœnas patiamini Sodomorum. Nec enim sic in mentes sermo pervenire solet, ut aspectus terribilis et per omne tempus calamitatis gerens vestigia. Et attestantur qui ad illa loca profecti sunt, qui sæpius Scripturam de his loquentem audientes, non multum timebant ; postquam vero venerunt et regionem ascenderunt, et ipsius omnem superficiem viderunt deletam, et incendium sunt conspicati, et terram quidem nusquam apparentem, cinerem vero cuncta atque favillam, percursi et multam ex aspectu illo capientes temperantiæ disciplinam, sic abierunt : nam ipse ultionis modus peccati modum imitatur. Sicut enim illi congressum infecundum adinvenerunt, ad filiorum procreationem non conferentem : sic profecto et Deus intulit pœnam, quæ terræ ventrem penitus sterilem reddidit et omnibus vacuum fructibus. Idcirco et jurantium domos se deleturum minatus est, ut alios illorum pœnis modestiores faceret.

5. *Juramentorum perniciēs.* — Ego autem hodie demonstro non unam et duas et tres domos juramentis destructas, sed civitatem totam et populum religiosum, et gentem multa semper providentia uti solitam, et tribum multis elapsam periculis. Etenim Jerusalem, civitas Dei, sanctam arcam habens, et omnem illum cultum, ubi prophætæ fuerunt, et Spiritus gratia, et arca, et tabulæ Testamenti, et urna aurea, ubi angeli sæpe incedebant : hæc civitas, innumeris nascentibus bellis et multis ipsam incurstantibus barbaris, tamquam muro ex adamaute circumdata, sic omnes illos semper derisit, et regione tota deleta, nihil grave passa est. Nec hoc solum est admirabile,

totum orbem terrarum epistolam misisti jubentem carcere detentos dimitti, ipsis ignosci crimina : atque illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per litteras dicebas : Utinam mihi liceret et defunctos revocare et resuscitare, et ad priorem vitam reducere ! Horum nunc reminiscere verborum : ecce tempus defunctorum revocandorum et resuscitandorum et ad vitam reducendorum pristinam. Et hi namque jam mortui sunt, et priusquam iudicium proferatur, ad ipsas tartari fores jam nunc civitas collocata est. Ipsam igitur inde resuscita sine pecuniis, sine impendio, sine tempore et ullo labore. Tibi namque satis est tantum loqui, et revocare civitatem in tenebris jacentem¹. Nunc ipsam jube ab humanitate tua posthac appellari : nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio se condidit, quantam sententiæ tuæ : nec immerito. Ille enim principio ipsi dato recessit ; tu vero auctam et magiam effectam, et post multam hanc tranquillitatem destructam resuscitabis. Non fuisset adeo mirandum si hostilibus ipsam capientibus, et barbaris populantibus, a periculo liberasses, quam est admirabile nunc peperci-se ; illud enim saepe multi fecere reges, hoc autem tu solus operaberis et primus præter omnem expectationem. Et illud quidem minime mirandum, nec præter opinionem, sed est quotidianum opus, subditis præesse ; quod autem tot et talia passus iram deponas, hoc omnem naturam excedit humanam. Cogita nunc non de civitate tantum illa tibi consultandum esse, verum et de gloria tua, imo vero de Christianismo toto. Nunc et Judæi et Græci, et totus terrarum orbis et barbari (etenim et illi hæc audierunt) ad te respiciunt, expectantes ut videant, qualem de gestis sententiam feras : nempe si humanam protuleris et mitem, omnes decretum laudabunt, et Deum glorificabunt, et inter se dicent : Pape, quanta Christianismi potentia ? hominem super terram habentem aequalem neminem, omnia delendi et perdendi dominum, cohibuit et refrenavit, et docuit philosophiam, quam nec homo privatus exhiberet. Vere magnus Christianorum Deus, qui ex hominibus angelos facit, et omni necessitate naturali superiores constituit. Ne namque superfluum timorem illum timeas, nec toleres quosdam dicentes, reliquas civitates pejores futuras esse, et hæc non punita, imperium tuum magis contempturas. Si enim ad ultionem infirmus fuisses, et hæc operati te vi superassent, et par esset potentia, congruenter hæc suspicari oportebat : si vero pavefacti præque timore præmortui sunt, et ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectant quam harathrum, et supplicationes faciunt communes² in caelum respicientes, et Deum venire supplicant, et simul nobiscum legationem obire, et sicut in extremis constituti, de rebus suis singuli consulunt : quomodo non superfluus hic timor ? Si jugulari fuissent jussi, tanta passi non fuissent, quanta patiuntur nunc, tot diebus in timore et tremore viventes, et superveniente vespere,

auroram videre non expectantes : et die orto ad vesperam pervenire non sperant. Multi et in feris inciderunt, dum sectantur deserta, in invia translati, nec viri tantum, verum et pueruli parvi, et mulieres liberæ et decoræ per multas noctes et dies in speluncis et convallibus et deserti foraminibus latentes. Et novus captivitatis modus civitatem deinet : arduis et muris stantibus, incensis civitatibus graviora patiuntur ; nullo incumbente barbaro, nec hoste apparente, captis miserius affecti sunt, et vel folium si moveatur, omnes ipsos per singulos terret dies. Hæc omnes sciunt : et si subversam ipsam vidissent, non sic essent castigati, ut nunc cum has ipsius audire miserias. Ne igitur hoc cogites, pejores futuras esse civitates reliquas. Non enim si civitates alias evertisses, sic eas castigasses, ut nunc per incertam futurorum expectationem omni supplicio vehementius ipsos punis. Ne igitur ipsis ulterius calamitates producas, sed jam respirare concedas. Subditos nempe castigare et gestorum exigere pœnas, facile penitus et promptum ; iis vero qui contumelias intulerunt, parcere, et iis qui veniam indigna patravissent, veniam dare, unius et vix alterius est, et maxime cum Imperator sit contumeliam passus. Et civitatem quidem metu subdere facile ; omnes autem sui amantes constituit, iisque persuadere ut in regnum tuum se benevole habeant, et non tantum communes, verum et privatas pro tuo preces imperio fundant, difficile : licet infinitas quis expendat pecunias, et innumeros exercitus moveat, et quidquid operetur, non facile tot hominum affectum ad seipsum attrahere poterit, quod nunc tibi facile erit et nullius negotii. Nam et beneficiis affecti, et qui audierint pariter cum iis, qui beneficia acceperint, erga te benevole afficiuntur. Quot pecuniis laudasses, quot emisses laboribus, brevi temporis momento totum orbem acquirere, et omnibus qui nunc sunt futurisque persuadere, ut quanta filiis suis optant, tanta et capiti tuo optarent. Si autem ab hominibus hæc, cogita quantam a Deo capies mercedem, non tantum eorum, quæ nunc sunt, verum et quæ post hæc ab aliis peragentur. Si unquam enim contingat fieri tale quid, quale nunc factum est, quod Deus avertat, et injuriam passorum aliqui in contumeliam operatos insurgere velint, benignitas et philosophia tua pro omni ipsis erit disciplina et admonitione : rubore pudoreque afficiuntur, tale disciplinæ exemplum habentes, inferiores apparere. Itaque omnium posterorum eris præceptor, et palmam ipsis præcipies, licet ad ipsum philosophiæ verticem perveniant. Non enim par est, quempiam tantam incipere benignitatem primum, et ad alios respicientem eorum acta imitari. Quocirca quicumque post te humanitatem et mansuetudinem quantamcumque exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies ; qui enim radicem præbuit, hic utique et fructuum auctor est. Propterea nunc quidem venio tecum humanitatis mercedem partiri potest : tuum enim solius meritum est : tu vero cum omnibus posteris, si qui tales unquam apparent, ex æquo meritum dividere poteris, et tantam

¹ Savil. et Morel., *sub oculis jacentem*.

² Savil. et duo mss. : *supplicationes faciunt fraternas*.

reportare partem, quantam in discipulis præceptores: et si nemo talis fuerit, rursus tibi commendationes et laudes per singulas proveniunt generationes. Considera namque quale sit posteris omnes audire, quod tam magna civitate poenæ et ultioni obnoxia, paventibus omnibus, et horrefactis ducibus, præfectis et iudicibus, ac ne vocem quidem pro miseris illis emittere audentibus, unus accedens senex Dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo et colloquio ad reverentiam Imperatorem movit: et quod nemini suorum subditorum concessit, uni hoc seni concessit, Dei leges reveritus. Etenim hoc quoque ipso non te parum, Imperator, civitas honoravit, quod me ad te legatum miserit; sententiam enim de te optimam et pulcherrimam protulerunt, quod omni principatui tibi subjecto Dei sacerdotes anteponas, etsi viles esse contingat. Non ab illis vero tantum nunc venio, verum et ante illos a communi angelorum Domino missus sum, ut hæc dicam mitissimæ ac benignissimæ animæ tuæ: Quod si hominibus ipsorum debita dimittatis, et Pater celestis lapsus vobis dimittet (*Matth. 6. 14*). Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus: cogita quod etiam si quid in te peccatum est, omnes abluere prævaricationes per iudicium et sententiam istam poteris absque laboribus, absque sudoribus. Alii nempe legati aurum et argentum et alia huiusmodi dona ferunt; ego vero cum sacris ad imperium tuum legibus veni, et pro donis omnibus has prætendo, et te Dominum tuum imitari supplico, qui quotidie a nobis contumeliam patiens non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne confundas spem nostram, nec promissiones irritas facias: etenim et hoc cum aliis te scire volo, quod si reconciliari velis et pristinam civitati benevolentiam communicare, et hanc remittere justam indignationem, cum multa revertar fiducia; si vero mente tua civitatem asperneris, non tantum ipsam non repetam, nec ipsius solum videbo, verum et in reliquum prorus negabo, et in aliam me civitatem conscribam. Ne mihi namque accidat in illam unquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu, et hominum eunctorum mitissimus pacari reconciliarique non velis.

4. *Mitis responsio Imperatoris, qui parit Antiochenis.* — Hæc et his plura loquutus, sic Imperatorem pudefecit, ut idem fieret, quod et in Joseph olim contigit. Sicut enim ille tunc fratres conspicatus, lugere quidem volebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem proderet: sic et Imperator lacrymabat quidem mente, non demonstrabat autem, omnium qui tunc aderant causa. Ne tamen usque in finem æstum celare potuit, verum et invitum superabatur. Post hanc enim concionem secundis non opus habuit verbis, sed unum solum loquutus est verbum, quod ipsum diademate multo magis ornavit. Quid autem hoc est? Et quid admirabile et magnum est, inquit, si iis, qui nos contumeliis affecerunt, iram remittamus hominibus existentibus, cum et ipsi homines simus; cum mundi Dominus in terram descendens, et propter nos servus factus, et a beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis

Patrem oraverit, dicens: *Ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt (Luc. 23. 34)*? quid igitur admirabile, si nos conservis ignoscamus? Et quod hæc verba non sint simulatio, demonstrarant quidem et reliqua opera, nec iis minus illud quod nunc sum relaturus. Ipsum enim hunc sacerdotem secum hanc solemnitatem celebrare volentem, invitum properare et festinare coegit et se civibus exhibere. Novi, inquit, nunc ipsorum animos conturbatos, et multas superesse calamitatis reliquias; abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscuntur tempestatis, verum et ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Ut autem institit pontifex petens, ut filium suum mitteret, volens ille manifeste demonstrare, se penitus iram mente delevisse: Orate, inquit, hæc auferri obstacula, hæc bella extinguere, et ego veniam omnino. Quid anima mitius illa esse possit? Confundantur gentiles de reliquo, quinimo ne confundantur, sed erudiantur, et proprium omittentes errorem ad Christianismi virtutem redeant, nostram ad Imperatorem et pontifice docti philosophiam. Non enim hæc tunc substitit piissimus Imperator, sed et postquam ex urbe sacerdos exivit et pertransiit mare, misit ad eum quosdam, sciscitans et satagens, ne forte tempus tereretur et civitati voluptatem diminueret, extra urbem solemnitatem peragens. Quis pater mitis tantam de contumeliam inferentibus curam egit? Dicam et aliam iusti laudem. His enim expeditis non festinavit, ut alius gloriæ cupidus, ipse literas illam tristitiam solventes deferre; sed quoniam lentius ibat, alium quemdam velociter equitare doctum se prævertere rogavit, et bona civitati nuntia afferre, ne ex reductis sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat, solum erat, non ut ipse veniret bona hæc deferens voluptatis multæ plena, sed ut ocyus nobis patria respiraret.

Lectisternia in rebus lætis. — Quod igitur tunc lectistis, forum coronantes, et lucernas accendentes, et lectos ante officinas componentes, et tamquam nuper civitate nata, festum agentes, hoc aliter per omne facite tempus, non floribus, sed virtute vos coronantes, lumen per opera in anima vestra accendentes, spirituali gaudentes lætitia, et Deo assidue pro his omnibus gratias agere non desinamus: non tantum quoniam gravia solvit, verum quoniam et ipsa fieri permisit, ei multum ipsi nos debere consteamur; per utraque enim nobis civitatem ornavit. Hæc autem omnia, secundum propheticum eloquium, filiis vestris annuntiate, et filii vestri filiis suis, et illi rursus generationi posteræ (*Joel 1. 3*), ut omnes qui usque ad consummationem futuri sunt, Dei humanitatem civitati exhibitam discentes, nos quidem beatificet tantam nactos benevolentiam; admirentur autem et dominum nostrum, qui sic lapsam civitatem relevavit; lucrentur et ipsi, perque talium gestorum exempla ad pietatem impellantur: non enim nos tantum, si ipsorum semper recordemur, verum et posteros, eorum quæ nobis evenerunt narratio, maxime juvare poterit.

ν σοι τὰ τῶν ἐγκωμίων καὶ τῶν ἐπαίνων καθ' ἐπιδοῦσαι τὴν γενεάν. Ἐνώησον γὰρ ἤλικον μετὰ ταῦτα πάντα ἀκούειν, ὅτι πόλεως οὕτω αἰὶ ὑπευθύνου κολάσει καὶ τιμωρία γενομένης, ὡν ἀπάντων, καὶ δεδοικῶτων στρατηγῶν καὶ καὶ δικαστῶν, καὶ οὐδὲ φωνῆν βῆξαι τολμῶντων ἀθλίων ἐκείνων, εἰς παρελθόντων προσδύτης τὴν ἱερωσύνην ἐγκεχειρισμένους ἀπὸ τῆς ὄψεως ἧς, καὶ ψιλῆς τῆς συντυχίας ἐνέτρεψε τὸν κραταὶ δ' μηδὲν τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐχαρίσατο, ἐνὶ γέτο ἔδωκε τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους αἰδεσθεῖς. Καὶ οὕτω αὐτῷ οὐ μικρῶς σε, ὦ βασιλεῦ, τετίμηκεν μὲ πρὸς τὴν πρεσβείαν ταύτην ἀποστειλῆσαι ἁρίστην ἐξήνεγκαν περὶ σοῦ καὶ καλλίστην, ἀρχῆς ἀπάτης τῆς ὑπὸ σὲ κειμένης, τοῦ ἱερέως προτιμῆς, καὶ οὐταεῖς ὄντες τύχωσιν. κείνων δὲ ἦκα νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐκεῖ- τοῦ κοινοῦ τῶν ἀγγέλων ἀπέσταλμαι Δεσπό- α εἶπεν πρὸς τὴν ἡμερωτάτην σου καὶ προ- ἦν, ὅτι Ἄν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ θροειλήματα ἢ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν τὰ πα- τα ὑμῶν. Ἄναμνήσθητε τοίνυν τῆς ἡμέρας αθ' ἣν ἅπαντες δίκην δώσομεν περὶ τῶν πεπρα- ἐνώησον, ὅτι εἰ καὶ τί σοι ἡμάρτηται, πάντα ται ἠδὲ ὁ δὴ τὰ πλημμελήματα διὰ τῆς ψήφου κώμης ταύτης, χωρὶς πόνων, χωρὶς ἰδρώτων. ὡν προσευόμενοι χρυσίον καὶ ἀργύριον καὶ ἰῦτα δώρα κομίζουσι· ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἱερῶν σὴν βασιλείαν ἀφίγμαι νόμων, καὶ ἀντι δώρων τούτους προτείνω· καὶ παρακαλῶ σε μιμήσα- ῶν Δεσπότην, δ' καθ' ἡμέραν παρ' ἡμῶν ὕβρι- ὕ διαλιμπάνει τὰ παρ' αὐτοῦ χορηγῶν ἅπασι- ταισχύνῃς ἡμῶν τὰς ἐλπίδας, μηδὲ ἐλέγξης τὰς ς. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο σε μετὰ τῶν ἄλλων εἰδέ- μαι, ὅτι· εἰ μὲν βουληθείης καταλλαγῆναι καὶ ρας εὐνοίας μεταδοῦναι τῇ πόλει, καὶ τὴν ὄρ- αι τὴν δικαίαν ταύτην, μετὰ πολλῆς ἀπειλῆ- παρῆρσίας· εἰ δὲ ἐκθάλοις τὴν πόλιν τῆς δια- σῆς, οὐ μόνον οὐκ ἐπιθήσομαι, οὐδὲ βίβομαι ἰθαφος, ἀλλὰ καὶ ἀρνήσομαι αὐτὴν καθάπαξ εἰ εἰς ἑτέραν ἑμαυτὸν ἐγγράψω πόλιν. Μὴ γὰρ ὁ πατριδὰ ἐπιγράψασθαι ποτε ἐκείνην, πρὸς ἰθροπύτατος σὺ καὶ πάντων ἀνθρώπων ἡμε- ὡκ ἂν ἔλοιτο σπείσασθαι καὶ καταλλαγῆναι. α καὶ πλεονα τούτων εἰπῶν, οὕτω τὸν βασιλεῖα ὡς ταυτὸ γενέσθαι, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ συν- σθαι ποτέ. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τότε τοὺς ἰδῶν ἐβούλετο μὲν δακρῦειν, ἔστεγε δὲ τὸ πά- μῃ διαφθεῖραι τὴν ὑπόκρισιν· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἐδάκρυε μὲν κατὰ διάνοιαν. [223] οὐκ ἔδεικνυτο ς παρόντας ἅπαντας· οὐ μὴν ἰσχυρὸν εἰς τέ- α τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ ἄκων ἠλέγητο. Μετὰ γὰρ ρορίαν ταύτην οὐκ ἐδεῖθη βῆμάτων δευτέρων, ἰνον ἐφθέγγετο βῆμα, ὃ τοῦ διαδῆματος αὐτὸν ἐζῶν· ἐκόσμησε. Τί δὲ τοῦτο ἐστίν; Καὶ τί ν καὶ μέγα. φησὶν, εἰ τοῖς ὕβρικόσιν ἀφήσομεν ἰ ἀνθρώποις οὖσιν ἀνθρώποι καὶ αὐτοὶ τυγχά- του γε ὁ τῆς οἰκουμένης Δεσπότης ἐπὶ τῆς ἐλ- ἰ ἡμᾶς γενόμενος δούλος, καὶ παρὰ τῶν εὐερ- ον σταυρωθεὶς ὑπὲρ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν ἰ τὸν Πατέρα, λέγων, Ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ

οἶδασι τί ποιῶσι; τί τοίνυν θαυμαστὸν, εἰ τοῖς ἑμο- δούλοις καὶ ἡμεῖς ἀφήσομεν; Καὶ ὅτι ταῦτα τὰ βῆματα οὐκ ὑπόκρισις ἦν, εἶδειξε μὲν καὶ τὰ γεγενημένα ἅπαν- τα, οὐκ ἔλαττον δὲ τούτων καὶ τοῦτο, ὃ μέλλω νῦν ἐρεῖν αὐτὸν γὰρ τὸν ἱερέα τοῦτον βουλόμενον ἐκεῖ κοινη μετ' αὐτοῦ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι ταύτην, ἄκοντα κατηνάγ- κασε κατεπειχθῆναι καὶ σπεῦσαι, καὶ τοῖς πολιταῖς φα- νῆναι. Οἶδα, φησὶν, ὅτι νῦν αὐτῶν εἰσιν αἱ ψυχαὶ δεδο- νημένα, καὶ πολλὰ τῆς συμφορᾶς τὰ λείψανα· ἀπέλθε, παρακάλεισον· ἂν ἴδωσι τὸν κυβερνήτην, οὐδὲ τοῦ παρ- ελθόντος μεμνησονται χεϊμόνος, ἀλλὰ καὶ τὴν μνημῆν αὐτῆν ἐξαλείψουσι τῶν λυπηρῶν ἅπαντα. Ὡς δὲ ἐπ- ἔκειτο ὁ ἱερεὺς, ἀξιών τὸν υἱὸν πέμψαι τὸν ἑαυτοῦ, βουλό- μενος ἐκεῖνος δεῖξαι σαφῶς, ὡς πᾶσαν καθόλου τῆς δια- νοίας ἐξήλειψε τὴν ὀργὴν, Εὐξασθε, φησὶ, ταῦτα ἀναι- ρηθῆναι τὰ κωλύματα, σεσθῆναι τοὺς πολέμους τούτους, καὶ αὐτὸς ἀφίξομαι πάντως. Τί τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἡμε- ρώτερον γένοιτ' ἂν; Αἰσχυνέσθωσαν Ἕλληνας λοιπὸν· μέλλον δὲ μὴ αἰσχυνέσθωσαν, ἀλλὰ παρθεύεσθωσαν, καὶ τὴν οἰκίαν ἀφέντες πλάνην ἐπανίτωσαν ἐπὶ τὴν τοῦ ἑ Χριστιανισμοῦ δύναμιν, ἀπὸ τοῦ βασιλείως, ἀπὸ τοῦ ἱερέως μαθόντες τὴν παρ' ἡμῖν φιλοσοφίαν. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτων ἔστη τότε ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῆς πόλεως ἐξήλασεν ὁ ἱερεὺς καὶ διέβη τὴν θάλασσαν, ἔπεμψε καὶ ἐκεῖ τινες περιεργαζόμενος καὶ πολυπραγμονῶν, μὴ ποτε τρίβῃ τὸν χρόνον, καὶ τῆ πό- λει τὴν ἡδονὴν ἐξ ἡμισίας ποιῆ, ἐξω τὴν ἑορτὴν ἐπιτε- λῶν. Ποῖος πατήρ ἡμερος τοσαύτην ἂν ὑπὲρ τῶν ὕβρι- κότων ἐποίησατο σπουδῆν; Ἐἴπω τι καὶ ἕτερον τοῦ δι- καίου ἐγκωμίων. Ταῦτα γὰρ ἀνύσας, οὐκ ἔσπευσε, ὡ; ἂν εἰ τις ἕτερος δόξης ἔρων, αὐτὸς τὰ γράμματα τὰ λύοντα τὴν κατήφειαν ἡμῖν ἐκείνην κομίσει· ἀλλ' ἐπειδὴ σχολαιότερον ἐβόδιζεν, ἕτερόν τινα τῶν ἱπποῦς ἐλαύνειν εἰδόντος ἠξίωσε παραλαβεῖν, καὶ κομίσει τῇ πόλει τὰ εὐαγγέλια, ὥστε μὴ τῇ μελλήσει τῆς ἐπανόδου τῆς ἑαυ- τοῦ τὴν ἀθυμίαν ἐπιταθῆναι. Τὸ γὰρ σπουδαζόμενον αὐτῷ μόνον ἦν, οὐκ ὅπως αὐτὸς ἔλθοι φέρων τὰ χρηστὰ ταῦτα καὶ πολλῆς ἡδονῆς γέμοντα, ἀλλ' ὅπως ταχέως ἡ πατρις ἡμῖν ἀναπνεύσειεν.

Ἵπερ οὖν τότε ἐποίησατε στεφανώσαντες τὴν ἀγορὰν, καὶ λύχνους ἀφαντες, καὶ στιβάδας πρὸ τῶν ἐργαστη- ρίων συνθέντες, καὶ ὡσπερ ἀρι: τῆς πόλεως τεχθείσης, οὕτω πανηγυρίσαντες· τοῦτο ἐτέρως διὰ παντὸς ποιεῖτε τοῦ χρόνου, μὴ τοῖς ἀνθεσιν, ἀλλ' ἀρετῇ στεφανούμενοι, τὸ φῶς τὸ ἀπὸ τῶν ἔργων ἄπτοντες κατὰ τὴν ψυχὴν τὴν ὑμετέραν, εὐφροσύνην εὐφραϊνόμενοι πνευματικῆν, καὶ τῷ Θεῷ διηνεκῶς [224] ὑπὲρ τούτων ἀπάντων εὐχαρι- στούντες μὴ διαλείπωμεν, μηδ' ὅτι μόνον ἔλυσε τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅτι καὶ συνεχώρησεν αὐτὰ γενέσθαι, καὶ πολλὴν αὐ- τῷ χάριν ὁμολογῶμεν· δι' ἀμφοτέρων γὰρ ἡμῖν τὴν πό- λιν ἐκόσμησε. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ τὸ προφητικὸν λό- γιον ἀναγγείλατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, κάκεινοι πάλιν εἰς γενεάν ἑτέραν, ἵνα ἅπαντες οἱ μέχρι τῆς συντελείας γινόμενοι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τὴν ἐπὶ τῇ πόλει γεγενημένην μα- θόντες, μακαρίζωσι μὲν ἡμᾶς τοὺς τοσαύτης ἀπολαύ- σαντας εὐνοίας, θαυμάζωσι δὲ ἡμῶν τὸν Δεσπότην τὸν οὕτω καταπίπτουσαν τὴν πόλιν ἀναστήσαντα, κερδάνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ, διὰ πάντων τῶν γεγενημένων πρὸς εὐλά-θειαν συνωθούμενοι. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἡμᾶς, εἰ μνημο- νεύοιμεν αὐτῶν διηνεκῶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς γι- νομένους, τὰ μέγιστα τῶν συμβάντων ἡμῖν ἡ ἱστορία

1
Savil. pro eo quod legebatur ὑπὸ σου. Edit.
καλεῖσθαι.

2
Savil. et quidam mss. πρὸς τὴν τοῦ. Infra idem ὁ θεοσε-
βίστατος βασιλεὺς... καὶ τῆς πόλεως ἐξήλασε ὁ ἱερεὺς.

ὠφελῆσαι δυνήσεται. Ἐπερ οὖν ἅπαντα λογιζόμενοι, μὴ μόνον ἐν τῇ λύσει τῶν δεινῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ συγχωρήσει τῶν δεινῶν εὐχαριστῶμεν αἰετὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ἀπὸ τε τῶν θείων Γραφῶν, ἀπὸ τε τῶν ἡμῖν συμβάντων αὐτῷ δὴ τοῦτο * μαθόντες, ὡς ἅπαντα αἰετὶ πρὸς τὸ δέον

* Sic Savil. et duo alii, rectius quam Montf. αὐτῶν δὴ τούτων. Edit.

ἡμῖν οἰκονομεῖ μετὰ τῆς αὐτῷ προπούσης φιλανθρωπίας ἧς γένοιτο διηνεκῶς ἡμᾶς ἀπολαύοντας, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

IN CATECHESIS PRIMAM ET SECUNDAM AD ILLUMINANDOS

Hanc catechesin ex unico Federici Morelli codice se mutuatum esse testificatur in notis infra Fr. Ducerus, quem codicem hactenus nancisci non potuimus. Inscríbitor autem Κατήχησις πρώτη, *Catechesis prima*, qui titulus aliam vel alias catecheses hanc subsequentes indicat. Nullam porro aliam catechesin in Chrysostomi operibus invenio, quæ hanc sequi potuerit, nisi homiliam vicesimam primam ad populum Antiochenum, quæ item inscríbitor, Κατήχησις πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι, *Catechesis ad illuminandos*; habita vero fuit circa finem Quadragesimæ anni, ut putant aliqui, 388. Qua de re infra. Hæc porro, de qua nunc agitur, habita quoque fuit in Quadragesima, triginta nempe diebus ante Pascha, ut indicatur num. 4. In cuius vero anni Quadragesima pronuntiata fuerit jam quærendum. Certe si longum contra jurandi consuetudinem epilogum, quo clauditur oratio, attendamus, in Quadragesima anni 387 catechesin hanc constituemus: per totam enim illam Quadragesimam homilias fere omnes, quas numero 21 habemus, hujusmodi contra juramenta adhortationibus claudi cernimus, ita ut in aliqua earum circa finem Quadragesimæ, ex curandi assiduitate pene depulsum morbum esse testificetur Chrysostomus. Itaque ut eam in annum 387 conferamus, tum hæc ratio suadet, tum etiam alia ex titulo petita: nam *Catechesis prima* congruenter inscríbitor, si aliam sequi catechesin deprehendamus; cum autem illa altera catechesis vel in Quadragesima anni 387, ut nos probabilius existimamus, vel in sequenti anni 388, ut Tillemontius opinatur, reponenda sit, prima in Quadragesimam anni 387 conferri posse videtur.

Sed in hanc temporis notam non spernenda quædam objicit Tillemontius, qui mavult illam in Quadragesimam anni 388 conjicere. Hujus catecheseos habitæ dies, inquit, si triginta dies a Paschate retro numeres, in hebdomadem tertiam post Pascha incidit; atqui anno 387 per totam illam hebdomadem se siluisse et a concionibus abstinuisse testificatur Chrysostomus Hom. XI ad populum Antiochenum, quia tota civitas, ob proximam quæ propter eversas statuas expectabatur ultionem, tremore horroreque [225] plena erat, ac singuli plus de fuga capessenda, quam de adeundis concionibus cogitabant. Deinde si in tanta urbis calamitate catechumenos allocutus esset, annon quidpiam de illa omnium animos occupante formidine carptim saltem locutus esset? Ut vero argumenta illa subtilius excutiamus: quod prius objicit, Chrysostomum nempe per totam hebdomadem tertiam Quadragesimæ tacuisse, ut ipse testificatur initio homiliæ undecimæ ad populum Antiochenum, atque adeo non potuisse illa hebdomade hanc catechesin habere; id, inquam, vel ipsius Tillemontii iudicio nullum est: nam ait quidem Chrysostomus, Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὰς ἔμπροσθεν ταύτας ἐταγήσαμεν ἡμέρας, *Ideo nos his superioribus diebus tacuimus*; sed non dicit se per hebdomadem integram siluisse, atque ipso fatente Tillemontio p. 71, potuit hanc concionem XI habere sub finem hebdomadis tertię, vel initio quartę. Ponamus habuisse

Quæ omnia ratiocinantes, non tantum in gravium solutione, verum et in horum permissione semper clementissimo Deo gratias agamus, tum ex divinis Scripturis, tum ex iis, quæ nobis acciderunt, edocti eum omnia semper ad utilitatem nostram dispensare cum

benignitate sibi semper convenienti : qua nos semper fruente, calorum quoque regnum assequi contingat, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

feria sexta tertiæ hebdomadis ; cum in sabbatum sequens ejusdem hebdomadis cadat trigesima dies ante Pascha, hac die catechesin habuerit, nihilque tum officient verba illa homiliæ XI die præcedenti habitæ, *His superioribus diebus tacuimus*. Etiam si vero ponamus habitam fuisse homiliam undecimam die Lunæ vel feria secunda hebdomadis quartæ : cum hanc catechesin ad solos juvenes catechumenos, seclusis omnibus aliis, habuerit, quod utique exploratum est, recte dicere potuit, feria secunda insequenti, dum totum populi cœtum alloqueretur, se siluisse, qui concionem ad eos nullam superioribus diebus habuerat : nam silentium illud eos solos respicit, quos tum alloquitur.

Sed qui fieri potest, pergat Tillemontius, ut tanta instante formidine, cum ingens calamitas expectaretur, ne verbum quidem de illa in hac catechesi faciat ? Fæteor hinc mihi quidpiam scrupuli oriri, non tanti tamen, ut me a sententia dimoveat. Nam quæ ad calamitatem illam vel imminentem, vel aliquatenus sedatam spectabant, in cœtu quidem et in concionibus publicis, παθητικῶς describere solebat : in catechesi vero ad solos juvenes, qui in Paschate illuminandi erant, habita, cum de illis ad baptismum accipiendum instituendis tantum ageretur, potuit Chrysostomus a deplorandis hujusmodi calamitatibus abstinere, easque ad populares homilias reservare.

Aliam huic subjungimus catechesin, quæ hactenus inter homilias ad populum Antiochenum et de staturis vicesima prima collocata fuerat. Pronuntiata autem fuit, ut ait initio Chrysostomus, decem diebus post aliam catechesin, quam in eadem ipsa Quadragesima habuerat. Etsi vero non ausim affirmare catechesin illam, quæ in hac quasi decem ante diebus habita memoratur, eam esse, quam primam ponimus, nihil tamen repugnat eandem ipsam esse : siquidem hæc perinde atque illa paulo post eversas staturas habita fuisse videtur, ut ex iis quæ de illa ipsa staturarum eversione dicuntur, argui potest. Quod autem de juramentis nihil habeat, contra quam in omnibus per illam Quadragesimam habitis concionibus observatur, ubi semper de juramento vitando circa finem agitur ; id, inquam, nonnihil scrupuli movere possit ; sed, ut nemo non videt, non talis scrupulus est, qui solus in adversam trahat sententiam. Ut ut vero sit, hanc catechesin secundam inscribimus, quia post illam, quam priorem ponimus, dictam fuisse arbitramur. Hanc porro secundam catechesin non esse illam quæ memoratur in Homilia *De diabolo tentatore*, in sequenti Monito probamus.

Primæ catecheseos interpretationem Latinam anonymi, quæ in editis ferebatur, utpote intricatam minusque accurate concinnatam, rejecimus, nosamque paravimus. Interpretationem vero secundæ catecheseos Bernardi Brixiani, aliquot in locis emendatam, e regione Græcorum ponimus.

CATECHESIS PRIMA

AD ILLUMINANDOS, ET CUR LAVACRUM REGENERATIONIS, NON AUTEM REMISSIONIS PECCATORUM DICATUR : QUODQUE PERICULOSUM SIT, NON MODO PEJERARE, SED ETIAM JURARE, ETIAM RECTE JUREMUS.

1. Quam desiderabilis amabilisque nobis est juvenum fratrum chorus! vos enim fratres vel ante partum voco, eorumque qui nondum nati sunt cognationem amplector. Novi quippe, clareque novi, in quantum honorem, in quantum principatum evehendi sitis. Eos autem, qui principatum accepturi sunt, vel antequam accipiant, solent omnes honorare, ut hujusmodi obsequio eorum sibi benevolentiam ad futurum commodum captent. Hoc et ego facio; non solum enim ad principatum, sed ad ipsum regnum promovendi estis; imo non ad regnum simpliciter, sed ad regnum cælorum. Quamobrem oro atque supplico, ut cum ad regnum illud perveneritis, mei reminiscamini. Quodque Joseph pincernarum principi dicebat, *Memento mei cum bene tibi fuerit (Gen. 40, 14)*, id et nunc dico vobis: *Memento mei cum bene vobis fuerit*. Non hanc ut ille somniorum interpretationis mercedem postulo: non enim vobis somniorum interpretes accessi, sed cælestia narraturus, annuntiatorumque bona illa, *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (1. Cor. 2, 9)*: talia sunt ea, *Quæ præparavit Deus diligentibus se*. Joseph quidem pincernæ illi dicebat, *Adhuc triduum, et restituet te Pharao in principatum pincernarum (Gen. 40, 12, 13)*: ego vero non dico, Adhuc triduum, et pincernæ tyranni constituemini; sed, Adhuc triginta dies, et restituet vos, non Pharao, sed cælorum Rex in supernam patriam, in Jerusalem illam liberam, in civitatem cælestem. Ille dicebat, *Dabis calicem in manus Pharaonis (Ibid.)*; ego vero non dico: Dabit calicem in manus regis; sed, Ipse Rex in manum vobis tradet calicem illum horrendum, nulla plenum virtute atque utraque creatura pretiosorem. Sciunt initiati calicis hujus virtutem, vosque paulo post scietis (a). Mementote igitur mei, cum veneritis in regnum illud cum regale vestimentum acceperitis, cum purpura Dominico sanguine tineta induemini, cum diademato illo redimiti eritis, cujus fulgor undique emicans solaribus radiis splendidior est. Talia quippe sunt sponsi munera, majora quidem dignitate vestra, sed ejus benignitate digna.

(a) Catechumoni non sciebant mysterium calicis.

De iis qui baptismum ad usque mortem differunt. — Ideo jam vos, antequam in sacrum illum thalamum ingrediamini, beatos prædico: nec beatos solum prædico, sed etiam laudo gratum vestrum animum, quod non sicut negligentiores, ad baptismum in extremo halitu accedatis; sed jam inde quasi probi domestici, ad obsequendum magna benevolentia Domino parati, anixæ collum multa cum probitate et alacritate sub jugum Christi induxeritis, jugumque illud suave et onus leve susceperitis. Licet enim tam vos, quam ii, qui in vitæ exitu initiantur, parem gratiam accipiat, at voluntatis propositum, apparatusque rerum non pari modo se habent. Illi namque in lecto accipiant, vos autem in Ecclesiæ communis omnium nostrum matris sinu; illi fientes et lacrymantes, vos gaudentes atque lætantes; illi gementes, vos gratias agentes; illi febri admodum laborantes, vos multa pleni spirituali voluptate. Quapropter hic omnia huic muneri conveniunt, illic omnia sunt muneri contraria: fletus nempe ac gemitus eorum, qui initiantur; adstant pueri lugentes, uxor genas lacerans, amici tristes, domestici lacrymantes, tota domus species hibernum et caliginosum diem imitatur. Quod si jacentis cor scruteris, iis omnibus tristius reperies. Quemadmodum enim venti magno impetu alii aliis ex adverso flantes multas in partes pelagus dividunt: sic cogitationes tunc ingruentium malorum, ægri animum invadentes, in multas sollicitudines illius mentem distrahunt. Si filios respiciat, illorum orbitatem cogitat; si uxorem, ejus viduitatem considerat; si domesticos, domus solitudinem secum reputat; si ad seipsam convertatur, præsentem vitam in memoriam revocat, atque instante separatione, magnam mœstitiæ nebulam excipit. Talis mox initiandi animus est. Hinc inter tumultum perturbationemque hujusmodi, ingreditur sacerdos ipsa febri formidabilior, atque ægroti propinquis ipsa morte immanior. Nam vel ipsa medici deploratam ejus valetudinem declarantis voce major desperandi causa esse putatur presbyteri ingressus, atque id, quod æternæ vitæ argumentum est, mortis symbolum esse putatur. At nondum colophonem malis addidi: interim quippe tumultuantibus et sese ap-

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΠΡΩΤΗ.

ις μέλλοντας φωτίζεσθαι, και διὰ τί λουτρὸν καλλιγενσεως και οὐκ ἀφέσεως ἀμαρτημάτων λέγε-
ται, και ότι ἐπικινδυνον οὐ τὸ ἐπιорκεῖν μόνον, ἀλλὰ και τὸ ὀμνύειν, κτλ. εὐορκῶμεν.

ποθεινός και ἐπέραστος τῶν νέων ἡμῖν ἀδελφῶν ἀδελφούς γάρ ὑμᾶς ἐγὼ και πρὸ τῶν ὠδίνων ἦδη ἔπρὸ τοῦ τόκου τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς ὑμᾶς εἶ. Οἶδα γάρ, οἶδα σαφῶς εἰς ὅσην μὲν ἄγεσθαι ἔμην, εἰς ὅσην δὲ ἀρχὴν· τοὺς δὲ ἀρχὴν μέλαμβάνειν, [226] και πρὸ τῆς ἀρχῆς εἰώθασιν ἄντες, διὰ τῆς θεραπείας εὐνοϊαν ἑαυτοῖς προενοι πρὸς τὸ μέλλον. Τοῦτο δὲ και αὐτὸς ποιῶ γὰρ εἰς ἀρχὴν ἄγεσθαι μέλλετε ψιλήν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν· μάλλον δὲ οὐκ εἰς βασιλείαν ἀπλῶς, εὐτὴν τῶν οὐρανῶν τὴν βασιλείαν. Διὰ τοῦτο εἶμαι και ἀντιβολῶ, ἵνα μνησθῆτέ μου, ὅταν ἐλβασιλείαν ἐκείνην, και ὅπερ ὁ Ἰωσήφ ἔλεγε ἄρχιουρχόν· *Μνήσθητέ μου, ὅταν εὐ σοι*· τοῦτο κάγω λέγω πρὸς ὑμᾶς ἄρτι· Μνήσθητέ εὐ ὑμῖν γένηται. Οὐκ ἐνυπνίων ταύτην ἀπαιτῶ ἔθην. καθάπερ ἐκεῖνος· οὐ γὰρ ὀνειράτα ἦλθον ὑμῖν, ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς διηγησόμενος εἶ, και εὐαγγέλια κομιζῶν ἀγαθῶν τοιοῦτων, εἰ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε βλῆαν ἀνθρώπου ἀνέβη· τοιαυτῆς ἐστὶν ἡ ἰστοθεός τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ὁ μὲν οὖν Ἰωε πρὸς τὸν οἰνοχόον ἐκεῖνον· *Ἔτι τρεῖς ἡμέἀποκαταστήσει σε Φαραῶ εἰς τὴν ἀρχιουρχον*· ἐγὼ δὲ οὐ λέγω, *Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, και εἰς*· ἐνεχθήσεσθε τυράννου· ἀλλ' ἔτι τριάκοντα και ἀποκαταστήσει ὑμᾶς οὐχὶ Φαραῶ, ἀλλ' ὁ κινῶν βασιλεὺς εἰς τὴν ἀνω πατρίδα, εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, εἰς τὴν πόλιν τὴν ἐν τοῖς οὐρακεῖνος μὲν ἔλεγεν, ὅτι *δώσεις τὸ ποτήριον εἰς οὐ Φαραῶ*· ἐγὼ δὲ οὐ λέγω, ὅτι δώσετε τὸ ποεἰς τὰς χεῖρας τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ εἰς χεῖρα τὴν ὑμετέραν δώσει τὸ ποτήριον τὸ και πολλῆς γέμον δυνάμεως, και τῆς κτίσεως ἰον ἐκατέρας. Ἰσασιν οἱ μεμνημένοι τοῦ ποτητου τὴν ἰσχύν· εἴσασθε δὲ και ὑμεῖς μικρὸν Μνήσθητε οὖν, ὅταν ἔλθητε εἰς τὴν βασιλείαν ὅταν τὸ ἱμάτιον τὸ βασιλικὸν ἀπολάβητε, ὅταν ὑφραν περιβάλλησθε τὴν αἵματι· βαφείσαν Δεσποαν διάδημα ἀναθήσθητε τῶν ἡλιακῶν ἀκτίων ἱρας ἔχον πανταχόθεν ἐκπηδῶσας λαμπηδόνας. γὰρ τοῦ νυμφίου τὰ ἔδνα, μερίζονα μὲν τῆς ἡμεζίας, ἀξία δὲ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. πῦθα ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἦδη και πρὸ τῶν ἱερῶν ἐκεεαρρίζω παστάδων· οὐ μακαρίζω δὲ μόνον, ἀλλὰ

και ἐπαινῶ τὴν εὐγνωμοσύνην, ὅτι μὴ καθάπερ οἱ βαθυμότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς τῷ φωτίσματι προσήλθετε, ἀλλ' ἐντεῦθεν ἦδη καθάπερ οἰκέται εὐγνώμονες, μετὰ πολλῆς εὐνοίας ὑπακούσαι Δεσπότη παρεσκευασμένοι, τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς μετὰ πολλῆς ἐπεικειας τε και προθυμίας ὑπὸ τὴν ζεύγλην ἤγάγετε τοῦ Χριστοῦ, και τὸν ζυγὸν ἐδέξασθε τὸν χρηστὸν, και τὸ φορτίον ἐλάβετε τὸ ἑλαφρόν. Εἰ γὰρ και τὰ τῆς χάριτος Ἰσα ὑμῖν και τοῖς ἐν τῇ τελευτῇ μυσταγωγουμένοις, ἀλλὰ τὰ τῆς προαιρέσεως οὐκ Ἰσα, οὐδὲ τὰ τῆς παρασκευῆς τῶν πραγμάτων. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐν τῇ κλίτῃ λαμβάνουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐν τοῖς κόλποις τῆς Ἐκκλησίας τῆς κοινῆς ἀπάντων ἡμῶν μητρὸς· κάκεινοι μὲν ὀδυρόμενοι και δακρύνοντες, ὑμεῖς δὲ χαίροντες και εὐφραινόμενοι· ἐκεῖνοι στένοντες, ὑμεῖς δὲ εὐχαριστοῦντες· κάκεινοι μὲν πολλῶν κεκαρωμένοι τῷ πυρετῷ, ὑμεῖς δὲ πολλῆς ἐμπεπλησμένοι τῆς πνευματικῆς ἡδονῆς. Ὅθεν ἐνταῦθα μὲν ἅπαντα σύμφωνα τῇ δωρεᾷ, ἐκεῖ δὲ πάντα ἐναντία [227] τῇ δωρεᾷ· και γὰρ θρῆνος και ὀδυρμὸς πολὺς μυσταγωγουμένου, και παιδία περισταται κλαίοντα, και γυνὴ τὰς παρειὰς καταξάουσα, και φίλοι κατηφείς, και οἰκέται δακρῶν γέμοντες, ὅλον τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα χειμερινὴν τινα και ζοφώδη μιμεῖται ἡμέραν· ἐν δὲ αὐτὴν τοῦ κατακειμένου τὴν καρδίαν ἀναπτύξης, σκυθρωπότεραν τούτων εὐρήσεις. Καθάπερ γὰρ ἀνεμοὶ μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης ἐξεναντίας ἀλλήλοις ἐμβάλλοντες εἰς πολλὰ τὸ πέλαγος διατέμνουσι μέρη· οὕτω και οἱ λογισμοὶ τῶν τότε καταχόντων δεινῶν εἰς τὴν τοῦ κάμνοντος ἐμπίπτοντες ψυχὴν, εἰς πολλὰς τὴν ἐκεῖνου διάνοιαν σκίζουσι φροντίδας. Ὅταν εἰς τὰ παιδία ἀπίδη, τὴν ὀρφανίαν αὐτῶν ἐννοεῖ· ὅταν πρὸς τὴν γυναῖκα ἀποβλέψῃ, τὴν χρεῖαν λογίζεται· ὅταν ἴδῃ τοὺς οἰκέτας, τὴν ἐρημίαν ἀπάσης σκοπεῖ τῆς οἰκίας· ὅταν πρὸς ἑαυτὸν ἐπανεῖλθῃ, τῆς παρούσης ἐαυτὸν ἀναμνησκει ζωῆς, και ἀποβρῆγνυσθαι μέλλων, πολὺ δέχεται τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος. Τοιαυτὴ ἡ τοῦ μέλλοντος μυσταγωγεῖσθαι ψυχῆ. Εἶτα μεταξὺ τῶν θορύδων και τῆς ταρχῆς αὐτῆς, ἐπεισέρχεται ὁ ἱερεὺς αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ φοβερότερος ὢν, και τοῦ θανάτου τοῖς τοῦ κάμνοντος προσήκουσιν ἀπνηέστερος· τῆς γὰρ τοῦ ἱατροῦ φωνῆς τῆς ἀπογιωσκούσης τὴν ζωὴν τὴν ἐκεῖνου μερίζων ἀπόγνωσις εἶναι νομίζεται ἡ τοῦ πρεσβυτέρου εἰσοδος, και θανάτου σύμβολον εἶναι δοκεῖ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡ ὑπόθεσις. Ἄλλ' οὕτω τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκα τῶν κακῶν· μεταξὺ γὰρ θορυβούντων τῶν ἐπιτηδεῶν και παρασκευα-

ζυμένων, πολλάκις ἔρημον ἀφείσα τὸ σῶμα ἀπεπήδησεν ἢ ψυχῇ, πολλοὺς δὲ καὶ παρούσα οὐδὲν ὦνησεν. Ὅταν γὰρ μήτε τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκῃ, μήτε φωνῆς ἀκούῃ, μήτε ἀποκρίνασθαι δύνῃται· τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, δι' ὧν τὴν μακαρίαν συνθήκην πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν ἀπάντων καταθήσεται Δεσπότην, ἀλλ' ὡσπερ ξύλον ἀργὸν ἢ λίθον, ὁ φωτίζεσθαι μέλλων πρόκειται νεκροῦ μηδὲν διαφέρων, τί τῆς μυσταγωγίας ἕρως ἐν ἀναισθησίᾳ τοσαύτῃ;

β. Τὸν γὰρ τοῖς ἱεροῖς τούτοις καὶ φρικτοῖς μέλλοντα προσεῖναι· μυστηρίους ἐρηγορεῖναι χρῆ καὶ διεγγεῖσθαι, πάσης βιωτικῆς φροντίδος εἶναι καθαρὸν, πολλῆς γέμειν σφροσύνης, πολλῆς προθυμίας, πάντα τὸν μυστηρίων ἀλλότριον λογισμὸν ἐξορίζειν τῆς διανοίας, καὶ πάντοθεν καθαρὸν παρασκευάζειν τὸν οἶκον, ὡσπερ αὐτὸν ὑποδέχεσθαι μέλλοντα τὸν βασιλέα. Τοιαύτη τῆς ὑμετέρας διανοίας ἡ παρασκευὴ, τοιοῦτοι παρ' ὑμῖν οἱ λογισμοί, τοιαύτη τῆς ψυχῆς ἡ προαίρεσις. Τὴν μὲν οὖν ἀξίαν ἀμοιβὴν τῆς ἀρίστης ταύτης γνώμης ἀναμένετε παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσι νικῶντος τοὺς τὴν ὑπακοὴν ἐπιδεικνυμένους τὴν πρὸς αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ χρῆ καὶ τοῖς συνδούλοις τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰσοίσμεν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα ἡμέτερα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα Δεσποτικά. Τί γὰρ ἔχεις, φησὶν, δὲ οὐκ ἔλαδες; εἰ δὲ καὶ ἔλαδες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβῶν; Ἐβουλόμην μὲν πρῶτον ἀπάντων εἰπεῖν· τί δήποτε παραδραμόντες ἡμῶν οἱ πατέρες ἅπαντα τὸν ἑαυτῶν, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ μυσταγωγείσθαι τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας ἐνομοθέτησαν; καὶ τίνας ἔνεκεν μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους [228] μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς. Οὐ γὰρ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνοι τοῦτον ἡμῖν διετύπωσαν· ἀλλ' ἔχει ταῦτα ἀμφοτέρω μυστικόν τινα λόγον καὶ ἀπόρρητον. Καὶ τοῦτον ὑμῖν ἐβουλόμην εἰπεῖν· ὁρῶ δὲ ὅτι πρὸς ἕτερον ἀναγκαιότερον ἡμᾶς κατεπεῖγει νῦν ὁ λόγος. Ἀνάγκη γὰρ εἰπεῖν τί ποτὲ ἔστι τὸ βάπτισμα, καὶ τίνας ἔνεκεν εἰς τὸν βίον εἰσῆλθε τὸν ἡμέτερον, καὶ πόσα κομίζει ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ

Ἄλλ', εἰ βούλεσθε, πρότερον περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ μυστικοῦ τούτου καθαρμοῦ διαλεχθῶμεν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐν αὐτῷ βρομα, ἀλλὰ πολλά καὶ παντοδαπά· τὴ γὰρ καθάρσιον τοῦτο καλεῖται λουτρὸν παλιγγενεσίας· Ἔσωσε γὰρ ἡμῖς, φησὶ, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου. Καλεῖται καὶ φῶτισμα, καὶ τοῦτο Παῦλος αὐτὸ πάλιν ἐκάλεσεν· Ἀναμνησθε γὰρ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλῆν ἀθλήσιν ὑπεμείνατε παθημάτων· καὶ πάλιν, Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἀπαξ φωτισθέντας καὶ γενναμένους τῆς ὕδατος τῆς ἐπουρανίου, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν. Καλεῖται καὶ βάπτισμα· Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Καλεῖται ταφή· Συνετάφητε γὰρ αὐτῷ, φησὶ, διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. Καλεῖται περιτομή· Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. Καλεῖται σταυρός· Ὁ παλαιὸς γὰρ ἄνθρωπος ἡμῶν συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. Ἔστι καὶ ἕτερα πλείονα τούτων εἰπεῖν ὀνόματα, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν καιρὸν ἅπαντα εἰς τὰς προσηγορίας τοῦ χαρίσματος ἀνα-

λύσωμεν, φέρε ἐπὶ τὴν προτέραν προσηγορίαν ἐλθόντες, καὶ ταύτης τὴν σημασίαν εἰπόντες καταπαύσωμεν τὸν λόγον· τῶς δὲ ἀνωτέρω μικρὴν τὴν διδασκαλίαν ἐλύσωμεν. Ἔστι τὸ κοινὸν ἀπάντων ἀνθρώπων λουτρὸν τὸ διὰ τῶν βαλανείων, δὲ τὸν τοῦ σώματος ἀποσμήχειν εἴθε βύπον· ἔστι δὲ καὶ λουτρὸν Ἰουδαϊκόν, ἐκεῖνον μὲν σεμνότερον, τοῦ δὲ τῆς χάριτος· πολὺ κατώτερον καὶ αὐτὸ μὲν γὰρ σωματικὸν ἀποσμήχει βύπον, ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς σωματικόν, ἀλλὰ καὶ συνειδότος ἀπτόμενον ἀσθενούς. Ἔστι γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτα, ἀπὸ δὲ τῆς ἀσθενείας τοῦ συνειδότος ἀκάθαρτα γίνονται. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν παιδίων τὴν προσωπεῖα καὶ τὰ λοιπὰ μορμολύκεια φύσει μὲν οὐκ ἔστ' ἐπιφοβερά, φοβερά δὲ εἶναι τοῖς παιδίοις δοκεῖ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ὧν εἶπον· οἷον τὸ νεκρῶν ἄψαθαι σωματίων, φύσει μὲν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον, ὅταν δὲ ἀσθενοῦς ἐπιλάβηται συνειδότος, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἀψάμενον. Ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον φύσει τὸ πρᾶγμα, αὐτὸς δὲ ταῦτα διαταξάμενος Μωϋσῆς ἐδήλωσεν, ὀλοκλήρον ἐπιπερόμενος μεθ' ἑαυτοῦ νεκρὸν τὸν Ἰωσήφ, καὶ μένων καθαρὸς. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἡμῖν περὶ τῆς ἀκαθαρσίας ταύτης διαλεγόμενος· τῆς οὐ φύσει γινομένης, ἀλλὰ δι' ἀσθένειαν τοῦ συνειδότος, οὕτως αἰετὸς φησιν· Οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογισμῷ κοινὸν εἶναι. Ὁρᾶς τὴν ἀκαθαρσίαν οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τοῦ λογισμοῦ γινομένην; Καὶ πάλιν, Πάντα μὲν καθαρὰ, ἀλλ' οὐ καθαρὰ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσέμφυτον ἐσθλοῦται. [Ὁρᾶς ὅτι οὐ τὸ ἐσθλόν, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ [229] προσηγορίας ἐσθλόν.] τοῦτο αἴτιον ἀκαθαρσίας;

γ. Τὴν τοιαύτην κηλίδα τὸ Ἰουδαϊκὸν ἐξεκάθαρε λουτρὸν τὸ δὲ τῆς χάριτος οὐ τοιαύτην, ἀλλὰ τὴν ἑνῆς ἀκαθαρσίαν τὴν μετὰ τοῦ σώματος καὶ τῆ ψυχῆ πολλὴ ἐντεθεῖσαν τῇ κηλίδι· οὐ γὰρ τοὺς νεκρῶν ἀψάμενους σωματίων, ἀλλὰ τοὺς νεκρῶν πράξεων ἀψάμενους τούτους ποιεῖ καθαρούς. Κἂν μαλακός, κἂν πόρνος ἢ τις, κἂν εἰδωλολάτρης, κἂν ὀσιῶν εἰργασμένος δεινὸν, κἂν ἵππασαν τὴν ἐν ἀνθρώποις πονηρίαν ἔχων ἢ, ἐμπεσὼν εἰς τὴν τῶν ὑδάτων κολυμβήθραν, τῶν ἡλιακῶν καθαρώτερος ἀκτίων ἀνεῖσιν ἀπὸ τῶν θεῶν ναμάτων. Καὶ ἵνα μὴ νομίσης κόμπον εἶναι τὰ λεγόμενα, ἀκουσον Παύλου ἰδόντος περὶ τῆς τοῦ λουτροῦ δυνάμεως· Μὴ πλανῆσθε· οἷτε εἰδωλολάτραι, οἷτε πόρνοι, οἷτε μοιχοί, οἷτε μαλακοί, οἷτε ἀρσενοκόιται, οἷτε πλεονέκται, οἷτε μέθυσοι, οἷτε λοιδοροί, οὐχ ἄρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὰ εἰρημνία φησὶ; τὸ γὰρ ζητούμενον δεῖξαι, εἰ πάντα ἐκκαθαίρει ταῦτα ἢ τοῦ λουτροῦ δύναμις. Οὐκοῦν ἀκουσον τὸν ἔφη· Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἠγνίσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἡμεῖς μὲν ὑπεσχομένεθα δεῖξαι ὑμῖν, καθαρὸς πορνείας· ἀ γινομένους ἀπάσης τοὺς τῷ λουτρῷ προσέφτας· ὁ δὲ λόγος πλεον ἀπέδειξεν, οὐ καθαρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγιος καὶ δικαίους γενομένους· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἀπελούσασθε, μόνον, ἀλλὰ καὶ, ἠγιάσθητε καὶ ἐδικαιώθητε. Τί τούτου γένοιτ' ἂν παραδοξότερον, ὅταν πᾶν καὶ ἰδρῶτων χωρὶς καὶ κατορθωμάτων δικαιοσύνην τιχτομένη ἢ; τοιαύτη γὰρ τῆς θείας ἕρως ἢ φιλεπιδρωπία γὰρ

* Interpres vetus legit πονηρίας, et quidem melius, ut idelur.

parantibus propinquis, sæpe anima corpus deserens abscessit : imo plurimis vel præsens nihil profuit. Cum enim neque præsentem agnoscit, neque vocem audit, neque illa respondere verba potest, quibus beatam cum omnium nostrum Domino pactionem deponat, sed est quasi lignum inutile vel lapis, a mortuoque nihil differt is qui mox illuminandus est : quæ initiationis utilitas in tanta sensus omnis inopia?

2. Eum enim, qui ad sacra illa et horrenda mysteria accessurus est, vigilare convenit, omni sæculari cura purum esse, temperantia et alacritate multa plenum esse, omnem a mysteriis alienam cogitationem mente depellere, et undequaque mundam domum apparare, quasi ipsum regem excepturus sit. Talis mentis vestra præparatio, tales apud vos sunt cogitationes, tale animi propositum. Dignam itaque optimi hujus consilii retributionem a Deo expectate, qui præmiis obsequentiam sibi præstitam superat. Quoniam vero oportet quæ sua sunt conservis conferre, et nostra conferamus ; imo potius hæc non nostra, sed Dominica sunt : *Quid enim, inquit, habes, quod non acceperis? si autem acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis* (1. Cor. 4. 7)? Volebam hoc primum omnium dicere : cur patres nostri, missis aliis anni partibus, hoc tempore initiandos esse Ecclesiæ filios lege statuerunt, et cur post doctrinam, discalceatos vos et exutos, nudis pedibus, una tunica operτος ad exorcizantium voces vos transmittunt. Non enim frustra vel temere hunc habitum et hoc tempus nobis constituerunt ; sed habent hæc ambo mysticam quamdam et arcanam rationem : et hoc quoque vobis aperire volebam. At video ad aliam rem magis necessariam nos evocari. Necessè quippe est dicere quid sit baptisma, cur in vitam nostram inductum sit, et quanta nobis conferat bona.

Varia baptismi nomina. — Sed si vultis, de hujus mysticæ purgationis vocabulo prius disseramus ; non enim ejus nomen unum est, sed plurima variaque. Nam hæc purgatio vocatur, lavacrum regenerationis : *Salvavit enim nos, inquit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti* (Tit. 3. 5). Vocatur et illuminatio : ita illud Paulus nuncupavit : *Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum* (Hebr. 10. 32) ; et rursum, *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, et gustaverunt etiam donum cælestis, et prolapsi sunt, rursus renovare ad pœnitentiam* (Ib. 6. 4). Vocatur et baptisma : *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis* (Galat. 3. 27). Appellatur et sepultura : *Consepulti enim, inquit, estis in ipso per baptismum in mortem* (Rom. 6. 4) ; itemque circumcisio : *In quo et circumcisi estis in circumcisione non manu facta, in exspoliationem peccatorum carnis* (Col. 2. 11). Vocatur crux : *Vetus enim homo noster crucifixus est, ut destruat corpus peccati* (Rom. 6. 6). Possent plura dici nomina ; sed ne tempus omne in charismatis appellationibus insumamus, age ad primum nomen reversi, ejusque explicata significatione, sermonem finiamus : interim vero paulo superius doctrinam re-

petamus. Est commune omnium hominum lavacrum illud balnearum, quod corporis sordes solet abluere : est et lavacrum Judæorum, illo quidem honestius, sed gratiæ lavacro longe inferius : et hoc enim corporeas sordes abluit, nec modo corporeas abluit, sed etiam ad conscientiæ infirmitatem attingit. Nam multæ res sunt, natura quidem non immundæ, sed quæ infirmitate conscientiæ efficiuntur immundæ. Ac sicut in pueris larvæ cæteraque terricula natura quidem formidabilia non sunt, sed talia pueris ob naturæ imbecillitatem esse videntur : sic et in iis quæ dixi ; exempli causa mortua corpora contingere, natura quidem non est immundum, verum si id infirmæ conscientiæ contingat, immundum facit eum qui tetigit. Quod enim illud natura non sit immundum, ipse qui legem tulit Moyses declaravit, qui mortuum Josephum secum detulit, et tamen mundus remansit. Ideoque Paulus de immunditia hujusmodi loquens, quæ non natura, sed infirmitate conscientiæ accidit, ita loquitur : *Nil commune per seipsum nisi ei, qui existimat quid commune esse* (Rom. 14. 14). Videntur immunditiam non ex rei natura, sed ex cogitationis imbecillitate contrahi? Ac rursum, *Omnia quidem sunt munda : sed malum est homini, qui per offendiculum manducat* (Ibid. v. 20). [Videntur quod non edere, sed per offendiculum edere.(a)] causa sit immunditiæ?

3. *Discrimen inter lavacrum Judæorum et baptismum.* — Talem maculam Judæorum lavacrum emundabat ; at gratiæ lavacrum non talem, sed eam, quæ vera immunditia et animam et corpus inficit ; non enim eos, qui mortua corpora, sed qui mortua opera contingunt, mundos facit. Etsi mollis, etsi fornicator quis fuerit, etsi idololatra, etsi quidvis mali fecerit, etsi humana omni nequitia plenus sit, si in piscinam aquarum incidat, solaribus radiis purior ex divinis fluentis ascendit. Ne vero putes fastu quopiam hæc proferri, audi Paulum de lavacri virtute hæc loquentem : *Nolite errare : neque idololatræ, neque fornicatores, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt* (1. Cor. 6. 9. 10). Ecquid hæc ad propositum, inquires? quod queritur ostende, ad scilicet lavacri virtus hæc omnia emundet. Audi itaque ea, quæ sequuntur : *Et hæc quidam fuisistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi et in Spiritu Dei nostri* (Ib. v. 11). Nos quidem pollicemur vobis ostendere, omni fornicatione¹ puros esse eos, qui ad lavacrum accedunt ; verum oratio nostra plus demonstravit, scilicet non modo puros, sed etiam sanctos justosque factos esse. Non tantum enim dixit : *Abluti estis*, sed etiam, *Sanctificati estis, justificati estis*. Quid hæc re mirabilius, quod sine labore, sudore bonisque operibus justitia parietur? Talis est enim divini doni benignitas, ut sine sudoribus justos

¹ Interpres vetus legit, *omni iniquitate*, et melius, ut videtur.

(a) Hæc quæ uncinis clauduntur in textu doerant, sed in editione Saviliana ex conjectura suppletur.

efficiat. Nam si Imperatoris epistola paucis conscripta literis, innumeris reos criminibus liberos dimittit, alios autem ad honorem etiam evehit maximum; multo magis sanctus Dei Spiritus, qui omnia potest, omni nos nequitia liberabit, multam justitiam largietur, multa implebit fiducia. Ac quemadmodum scintilla mediam in pelagi voraginem incidens, statim exstinguitur et evanescit, aquarum vi demersa: sic et omnis humana nequitia, cum in piscinam divinorum fluentorum incidit, citius faciliusque quam scintilla demergitur et deletur. At cur, inquires, si peccata nobis omnia lavacrum remittit, non lavacrum remissionis peccatorum, non lavacrum purgationis, sed lavacrum regenerationis vocatur? Quia non solum nobis peccata remittit, neque solum delicta purgat, sed ita id præstat ac si denuo generati essemus. Et enim nos denuo creat, et format, non ex terra rursus effluens, sed ex alio elemento, aquarum scilicet natura, creans; non enim vas simpliciter abstergit, sed totum conflatur denuo. Nam quæ absterguntur, etiamsi accurate mundentur qualitatis vestigia et sordium reliquias retinent; quæ vero in conflatorium immittuntur, et a flamma renovantur, omnem deponebantur maculam, ex caminoeducta, eundem, quem prorsus nova, splendorem emittunt. Quemadmodum si quis auream statuam, tempore, fumo, pulvere, rubigine sædatam, denuo conflaverit, eam nobis purissimam atque fulgentem restituit: sic et naturam nostram Deus, peccati rubigine sædatam multoque affectam delictorum fumo, illa pulchritudine destitutam, quam ipsi ab initio indiderat, denuo conflavit, et in aquas ceu in conflatorium injiciens, et pro igne Spiritus gratiam immittens, hinc renovatos, cum solaribus radiis splendore decertantes educit, contrito veteri homine, novo autem splendidiore, quam vetus erat, condito.

4. Hanc porro nobis contritionem mysticamque purgationem subindicans propheta, dicebat olim, *Tamquam vas figuli conteres eos (Psal. 2. 9)*. Nam quod de fidelibus loquatur clare indicant ea, quæ præcedunt: etenim ait: *Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ (Ibid. v. 7. 8)*. Vidistin' quomodo Ecclesiam gentium commemoravit, et ubique constitutum Christi regnum dixit? Deinde rursus ait, *Pascas eos in virga ferrea; non gravi, sed forti: tamquam vas figuli conteres eos (Ib. v. 9)*. Ecce lavacrum magis mystico more sumitur: non enim simpliciter dixit vasa testacea, sed vasa figuli. Verum attendite. Testacea quippe vasa contrita, refici non possunt, ob duritiem nempe ab igne acceptam: vasa autem figuli non sunt testacea, sed ex luto composita; quare si labefacta fuerint, artificis solertia facilius ad secundam formam reduci possunt. Cum itaque calamitatem insanabilem memorat, non vasa figuli dicit, sed vas testaceum. Nam cum prophetam et Judæos docere vellet, se calamitati insanabili urbem tradidisse, jussit eum accipere vas testaceum, et eoram universo populo confringere, dicereque (*Jerem.*

Vera virginitas quæ. — Hic porro sermo non eos solum respicit, qui in sæculo vivunt, sed etiam eos, qui monasticæ vitæ causa tuguria sibi in montibus struxerunt: quia non modo corpora sua ab omni fornicationis labe pura servent oportet, sed et animam ab omni satanica habendi cupiditate. Non enim mulieres tantum alloquitur Paulus apostolus, sed etiam viros universamque Ecclesiam, cum dicit animam in virginitate perseverantem oportere sanctam esse corpore et spiritu (*1. Cor. 7. 34*); ac rursus, *Exhibete corpora vestra virginem castam* (*2. Cor. 11. 2*) Castam quomodo? *Non habentem maculam vel rugam* (*Ephes. 5. 27*). Quandoquidem virgines illæ, quæ extinctas habebant lampades (*Matth. 25. 8. et seq.*), virgines erant corpore, sed non corde puræ; verum tametsi vir eas non corruperat, at pecuniarum amor corruperat. Corpus earum purum erat, sed anima adulterio admodum plena, pravis cogitationibus eas occupantibus, pecuniæ item amore, inhumanitate, ira, invidia, desidia, oblivione, superbia, omnibus pariter virginitatis earum dignitatem labefactantibus. Ideo dicebat Paulus: *Ut virgo sit sancta corpore et spiritu* (*1. Cor. 7. 34*); et iterum, *Virginem castam exhibere Christo* (*2. Cor. 11. 2*). Quemadmodum enim corpus fornicatione corrumpitur, ita et anima a satanicis cogitationibus fœdatur, a corruptis dogmatibus, ab absurdis cogitationibus. Nam qui dicit, Virgo sum corpore, anima vero invidet fratri, hic virgo non est: virginitatem enim ejus vitiavit livoris commixtio. Item inanis gloriæ appetens, non est virgo: virginitatem quippe ejus corruptit livoris cupido: etenim morbus ille animi ingressus, ejus virginitatem solvit. Qui vero odit fratrem suum, ille homicida potius, quam virgo est. Utque summam dicam, quisque eo, quo tenetur animi morbo, virginitatem suam corrumpit.

Idcirco Paulus hæc pravas omnes commixtiones abigit, atque jubet nos ita virgines esse, ut nullam contrariam cogitationem in anima sponte suscipiamus.

4. Quid igitur ad hæc dicemus? quomodo misericordiam consequemur? quomodo salutem? Ego dicam: orationem in corde semper suscipiamus, ejusque fructus, nempe humilitatem, et mansuetudinem; *Discite enim, inquit, a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (*Matth. 11. 29*); rursusque David: *Sacrificium Deo spiritus contritulus: cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* (*Ps. 50. 19*). Nihil enim ita Deus amplectitur et amat, ut animam mitem et humilem et gratam. Adverte igitur et tu, frater; cum quid inexpectatum tibi acciderit molestiamque crearit, ne ad homines confugas, ne ad mortale auxilium respicias; sed omnes transcurrens, mente tua ad animarum medicum te confer. Nam ipse solus cordi medelam afferre potest, qui finxit singillatim corda nostra et intelligit omnia opera nostra (*Ps. 32. 15*): ipse potest in conscientiam nostram ingredi, mentem tangere animamque cohortari. Quod si ipse non cohortetur corda nostra, quæ ab hominibus accedent, superflua et inutilia erunt: quemadmodum vicissim Deo cohortante et consolante, etiamsi sexcentas homines molestias creaverint, ne minimum quidem nobis nocere poterunt: cum enim ille cor nostrum firmaverit, nemo illud exagitare valebit.

Quam facilis ad Deum aditus. — Hæc cum sciamus, dilecti, ad Deum semper confugiamus, qui vult et potest calamitates solvere nostras. At enim quando homines exorare oportet, ostiarios prius alloqui necesse nobis est, parasitos item adultoresque precari, multumque itineris expessere: apud Deum vero nihil simile, sed sine intercessore exorabilis est, sine pecuniis, sine sumptibus petitioni annuit: sufficit solo corde clamare, et lacrymas offerre, et statim ingressus, eum attraxeris. At hominem cum rogamus, sæpe metuimus, ne quis ex inimicis, aut amicis eorum, aut adversarius quispiam rem audiat, aliusve referat ea, quæ dicta sunt, et jus pervertat: in Deo autem nihil tale suspicari licet. Cum enim me volueris precari, inquit, solus accede, nemine præsentem; id est, corde clama, neque labia movens: nam *Intra, inquit, in cubiculum tuum, claude ostium tuum, et ora Patrem tuum, qui est in abscondito: et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in publico* (*Matth. 6. 6*). Vide honoris excellentiam. Cum me rogas, inquit, nemo videat; cum autem te honore afficio, orbem evoco beneficii testem. Obtemperemus ergo, neque ad ostentationem precemur, neque contra inimicos nostros, neu modum auxilii doceamus eum. Nam si caudicis et rhetoribus apud forenses iudices tractanda negotia nostra dicimus tantum, modum autem defensionis ipsis relinquimus, ut pro lubito res nostras disponant: multo magis erga Deum ita faciendum est. Dixisti ei causam tuam, dixisti quæ passus es? cave dicas illi quo pacto tibi auxilium sit ferendum: ille quippe no-

καλῶς διαχειμένης, ὅπερ ἂν ἐμπέση τῶν δεινῶν, κἄν λιμῆς, κἄν νόσου, κἄν συκοφαντία, κἄν χρημάτων διαρπαγή, κἄν ὅ τι ἄλλο οὖν, φορητὸν ἔσται καὶ κούφον, διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου ἐντολὴν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα· ὡςπερ πάλιν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν Θεὸν οὐκ ἐχούσης καλῶς, κἄν πλοῦτος ἐπιβρέη, κἄν παῖδες παρῶσι, κἄν μυρίων ἀπόλαυσις ἢ χρημάτων, ἀθυμίας πολλὰς ἐπισπάσεται ὁ τοιοῦτος καὶ φροντίδας. Μὴ τοίνυν πλοῦτον ζητῶμεν, μὴ πέναν φεύγωμεν, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελώμεθα ψυχῆς ἕκαστος, καὶ ποιῶμεν ἐπιτηδεῖαν αὐτὴν πρὸς τε τὴν τοῦ παρόντος βίου οἰκονομίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἐκείσε ἀποδημίαν. Ἔτι γὰρ μικρὸν, καὶ ἡ δοκιμασία ἐκάστου ἡμῶν γενήσεται, ἤντινα πάντες παραστῶμεν τῷ φοβερῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, περιβεβλημένοι τὰς ἑαυτῶν πράξεις, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὁρῶντες, τοῦτο μὲν τὰ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν, τοῦτο δὲ τὰς αἰσχρὰς ἀσελγείας, ἐν αἷς ἐμιάνομεν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, τοῦτο δὲ τοὺς στεναγμούς τῶν χερῶν, τοῦτο δὲ τοὺς κονδυλισμούς τῶν πενήτων, τὰς ἀρπαγὰς τῶν πτωχῶν· οὐ μόνον δὲ ταῦτα, καὶ τὰ τοῦτοῦ μοῖα, ἀλλ' εἰ τι καὶ ἐν διανόίᾳ ἄτοπον διεπράξαμεν· ὅτι αὐτός ἐστιν Ἐνθυμήσεων Δικαστὴς, καὶ ἀντοίων κριτὴς· καὶ πάλιν Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροῦς, καὶ, [306] Ἀποδιδούς ἐκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

Οὗτος δὲ μοι ὁ λόγος οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ ἐξεταζομένους μόνον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι τὰς ἑαυτῶν καλύβας πηξαμένους τοῦ μοναδικοῦ ἕνεκεν βίου, ὅτι οὐ μόνον τὰ σώματα αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι φυλάττειν ὀφείλουσιν ἀπὸ μολυσμοῦ πορνείας, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἀπὸ πάσης σατανικῆς πλεονεξίας. Οὐ γὰρ γυναίξιν μόνον διαλέγεται ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ἀλλὰ καὶ ἀνδράσι καὶ ὀλοκλήρῳ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὅτι, φησί, τὴν παρθενομένην ψυχὴν εἶναι δεῖ ἁγίαν καὶ σώματι καὶ πνεύματι· καὶ πάλιν, Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν παρθέρον ἀγνήν· ἀγνήν δὲ πῶς; Μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ρυτίδα. Ἐπεὶ κάκειναι αἱ παρθένοι αἱ τὰς λαμπάδας ἔχουσαι ἐσθεσμένας, παρθένοι ἦσαν τῷ σώματι, ἀλλ' οὐχ ἄγναι τῇ καρδίᾳ, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἀνήρ αὐτὰς διέφθειρε, ἀλλ' ὁ τῶν χρημάτων διέφθειρεν ἔρωσ· τὸ σῶμα αὐτῶν ἦν καθαρὸν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ αὐτῶν πολλῆς ἦν ἐμπεπλησμένη τῆς μοιχείας, πονηρῶν λογισμῶν εἰς αὐτὰς χωρησάντων, τῆς τε φιλοχρηματίας, καὶ ἀσπλαγχνίας, καὶ ὀργῆς, καὶ φθόνου, καὶ ἀργίας, καὶ λήθης, καὶ ὑπερηφανίας, λυμαινομένων πάντων τὴν σεμνότητα τῆς παρθεσίας αὐτῶν. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Ἴνα ἡ παρθέρος ἢ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· καὶ πάλιν, Παρθέρον ἀγνήν παραστήσαι τῷ Χριστῷ. Ὡςπερ γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ μοιχείῶν· διαφθείρεται, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ὑπὸ λογισμῶν σατανικῶν μαινεται, ὑπὸ δογματικῶν διεφθαρμένων, ὑπὸ νοημάτων ἀτόπων. Ὁ γὰρ λέγων, Παρθένος· εἰμὶ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ φθονεῖ τῷ ἀδελφῷ, οὗτος οὐκ ἐστὶ παρθένος· τὴν γὰρ παρθενίαν αὐτοῦ διέφθειρεν ἡ τοῦ φθόνου μίξις. Πάλιν ὁ κενόδοξος ὡς ἐστὶ παρθένος· τὴν γὰρ παρθενίαν αὐτοῦ διέφθειρεν ὁ τῆς βασανίας ἔρωσ· τὸ γὰρ πάθος εἰσελθόν, τῆς ψυχῆς ἔλυσεν αὐτοῦ τὴν παρθενίαν. Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ, οὗτος ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ μᾶλλον ἢ παρθένος· καὶ ἀπαξιαπλῶς, ἕκαστος εἰς ὃ κρατεῖται πάθος πονηρῶν, ἐν τούτῳ τὴν παρθενίαν αὐτοῦ διαφθείρει. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος πάσας τὰς πονηρὰς ταύτας ἐξώρισε μί-

ξεις, καὶ κελεύει παρθέτους ἡμᾶς εἶναι οὕτως, ὡς μηδένα λογισμὸν ἐναντίον παραδέχεσθαι ἕκουσίως τῇ ψυχῇ.

δ'. Τί οὖν πρὸς ταῦτα λέγωμεν; πῶς ἐλεθῶμεν; πῶς σωθῶμεν; Ἐγὼ λέγω· τὴν εὐχὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀναλάβωμεν πάντοτε, καὶ τοὺς ταύτης καρπούς, λέγω δὴ τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα. Μάθετε γὰρ, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὐρήσατε ἀνάπανσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· καὶ πάλιν ὁ Δαυὶδ· Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀποδέχεται ὁ Θεὸς καὶ ἀγαπᾷ, ὡς ψυχὴν πρῶον καὶ ταπεινόφρονα καὶ εὐχάριστον. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, ἀδελφε, ἐπὶ τὴν ἰδίαν τὴν ἀδοκίαν προσπεσὸν καὶ ἐνοχλοῦν σοι, μὴ πρὸς ἀνθρώπους καταφύγῃς, καὶ πρὸς θνητὴν ἰδίαν βοήθειαν, ἀλλὰ πάντας παραδραμῶν ἀνάδραμε τῇ διανοίᾳ σου πρὸς τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν. Καρδίαν γὰρ θεραπεῦσαι ἐκεῖνος μόνος δύναται ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιεὶ πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν· αὐτὸς δύναται εἰς τὸ συνεῖδός ἡμῶν εἰσελθεῖν, καὶ τῆς διανοίας ἀψασθαι, καὶ παρακαλέσαι τὴν ψυχὴν. Ἐάν δὲ ἐκεῖνος μὴ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, τὰ παρὰ ἀνθρώπων [307] περιττὰ καὶ ἀνόνητα· ὡςπερ πάλιν τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος καὶ παραμυθουμένου, κἄν μυρία ἀνθρωποὶ παρενοχλῶσιν, οὐδὲ εἰς τὸ τυχόν ἡμᾶς παραδίλῃσι δυνήσονται· ὅταν γὰρ ἐκεῖνος στερεώσῃ καρδίαν, οὐδεὶς αὐτὴν διασεῖσαι δύναται.

Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἀγαπητοὶ, ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν καταφεύγωμεν, τὸν καὶ βουλόμενον καὶ δυνάμενον λύσαι ἡμῶν τὰς συμφορὰς. Ἀνθρώπους μὲν γὰρ ὅταν δέη παρακαλέσαι, καὶ πωλοῦς ἡμᾶς συντυχεῖν ἀνάγκη πρότερον, καὶ παρασίτους καὶ κολακὰς παρακαλέσαι, καὶ ὁδὸν πολλὴν ἀπελθεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ χωρὶς μεσίτου παρακαλεῖται, χωρὶς χρημάτων, χωρὶς δαπάνης ἐπινεύει τῇ δεήσει· ἀρκεῖ μόνον βοῆσαι τῇ καρδίᾳ καὶ δάκρυα προσενέγκαι, καὶ εὐθέως εἰσελθὼν αὐτὸν ἐπισπάσῃ. Καὶ ἀνθρώπων μὲν παρακαλοῦντες πολλάκις δεδοίκαμεν, μὴ τις τῶν ἐχθρῶν παρῶν, ἢ φίλος, ἢ τις τῶν ἀντιδικῶν ἀκούσῃ τοῦ πράγματος, καὶ ἄλλος ἐκφάνῃ τὰ λεγόμενα, καὶ διαφθείρῃ τὸ δίκαιον· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν τούτων ὑποπτεῦσαι ἐνι. Ὅταν γὰρ βούλῃ με, φησὶ, παρακαλέσαι, μόνος μοι πρόσελθε μηδενὸς παρόντος, τουτέστι, τῇ καρδίᾳ βόησον, μὴ κινῶν τὰ χεῖλη. Εἰσελθε γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ ταμεῖόν σου· ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, καὶ πρόσευξαι τῷ Πατρὶ σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ Πατὴρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷφανερῷ. Ὅρα τιμῆς ὑπερβολὴν· ὅταν με παρακαλῇς, φησὶ, μηδεὶς βλεπέτω· ὅταν δὲ ἐγὼ σε τιμῶ, τὴν οἰκουμένην φέρω μάρτυρα τῆς εὐεργεσίας. Πειθώμεθα τοίνυν, καὶ μὴ πρὸς ἐπίδειξιν εὐχόμεθα, μηδὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἡμετέρων, καὶ μὴ τὸν τρόπον τῆς βοήθειας διδάσκωμεν αὐτόν. Εἰ γὰρ ἀνθρώποις τοῖς συντηγοροῦσι καὶ ῥητορευοῦσιν ἐπὶ τῶν ἐξωθεν δικαστῶν τὰ πράγματα τὰ ἡμέτερα λέγομεν μόνον, τὸν δὲ τρόπον τῆς συμμαχίας ἐκεῖνοις καταλιμπάνομεν, ὅπως ἂν βούλωνται διαθεῖναι τὰ ἡμέτερα, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο χρῆ ποιεῖν. Εἶπες αὐτῷ τὴν δίκην τὴν σὴν, εἶπες ἄπερ ἔπαθες; μηκέτι λέγε τὸ καὶ πῶς βοηθήσαι· αὐτὸς γὰρ

• Sic Savil. recte pro vulg. μοιχῶν. Edit.

εἶδεν ἀκριβῶς τὸ συμφέρον σοι. Εἰσὶ δὲ πολλοὶ αἵτινες μυσίους στίχους ἀπαγγέλλουσι τῆς εὐχῆς ἕνεκεν λέγοντες· Κύριε, δός μοι ὑγίειαν σώματος, διπλασιάσόν μου τὰ ὑπάρχοντα, ἀμύνου μου τὸν ἐχθρόν· ὅπερ πολλῆς ἀλογίας ἐστὶ πεπληρωμένον. Διὰ χρῆ ταῦτα πάντα ἀφέντας ἵκετεύειν καὶ παρακαλεῖν μόνον κατὰ τὴν τελώνην τὸν λέγοντα· Ὁ Θεός, ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· καὶ αὐτὸς οἶδε λοιπὸν πῶς σου ἀντιλάβηται· Ζητεῖτε γάρ, φησὶ, *πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*. Οὕτως οὖν, ἀγαπητοί, φιλοσοφῶμεν μετὰ πόνου καὶ ταπεινώσεως, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη, καθάπερ ἐκείνος, καὶ ἐπιτευξόμεθα ὧνπερ αἰτούμεν· ἐάν δὲ θυμοῦ καὶ ὀργῆς πεπληρωμένοι προσευχόμεθα, βδελυκτοὶ καὶ μισητοὶ παρὰ Θεῷ εὐρισκόμεθα. Συντριβόμεν οὖν ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ταπεινώσωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ εὐχόμεθα ὑπὲρ τε ἑαυτῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν λυπησάντων ἡμᾶς. Εἰ γὰρ βούλει τὸν δικαστὴν ἐπιστάσασθαι πρὸς βοήθειαν τῆς σῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σοῦ μέρους αὐτὸν ποιῆσαι, μηδέποτε αὐτῷ ἐντύγχανε κατὰ [308] τοῦ λυπησάμενος. Τοιοῦτος γὰρ ἐστὶ τοῦ δικαστοῦ ὁ τρόπος· ἐκείνοις μάλιστα ἐπινεύει καὶ δίδωσι τὰ αἰτήματα, τοῖς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχομένοις, τοῖς μὴ μνησικακοῦσι, τοῖς μὴ ἐπαιρομένοις * τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν. Καὶ ὅσον οὗτοι ποιοῦσι τοῦτο, τοσοῦτον ἐκείνοις ὁ Θεὸς ἐπεξέρχεται, ἐάν μὴ μεταβληθῶσιν εἰς μετανοίαν.

ε'. Βλέπετε οὖν, ἀδελφοί, ὅταν τις ἀτιμία ἡμῖν ἐπενεχθῆ παρὰ τίνος, μὴ εὐθέως δυσχεράνωμεν καὶ ἀθυμώμεν, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν φιλοσοφούντες, καὶ ἀναμένοντες τὴν βοήθειαν τοῦ Κυρίου. Μὴ γὰρ οὐκ ἡδύνατο ὁ Θεὸς πρὸ τῆς αἰτήσεως δίδοναι ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ; μὴ βίον ἡμῖν ἀνώδυνον χάρισσασθαι, καὶ πάσης θλίψεως κεχωρισμένον; Ἀλλὰ ἀμφοτέρω ἀπὸ φίλτρου ποιεῖ. Τί γὰρ παραχωρεῖ θλιθῆναι ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπάγει ταχέως ἀπαλλαγῆν; Διὰ τί; Ἴνα αὐτῷ προσεδρεύωμεν ἀντεχόμενοι τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας, καὶ αὐτῷ προσφεύγωμεν, καὶ συνεχῶς αὐτὸν καλῶμεν εἰς ἀντιλήψιν ἡμῶν. Διὰ τοῦτο οὖν ἀληθῶνες σώματος, διὰ τοῦτο ἀφορῶν καρπῶν, διὰ τοῦτο λιμοί, ἵνα ἀπὸ τῶν θλίψεων τούτων πάντοτε πρὸς αὐτὸν ἐκκρεμώμεθα, καὶ οὕτω διὰ τῶν προσκαιρῶν θλίψεων τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομήσωμεν. Ὅστε οὖν καὶ ὑπὲρ τούτων εὐχαριστεῖν ὀφειλομένη τῷ Θεῷ, τῷ διὰ πολλῶν μεθοδεῶν ἰωμένῳ καὶ αἰῶνι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐάν τυχόν εὐεργετήσωσιν ἡμᾶς ποτε, εἴτα ἀκοντες αὐτοὺς λυπήσωμέν τι μικρὸν, εὐθὺς ὀνειδίζουσι τὴν εὐεργεσίαν προφέροντες ὡς πολλοὺς

* Savil. ἐπαρωμένοις.

καταρᾶσθαι ἑαυτοῖς, ὅτι ὄλω; παρ' αὐτῶν εὐεργετήθησαν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τὰς εὐεργεσίας καταφρονούμενος καὶ ὑβριζόμενος, ἀκμήν καὶ ἀπολογεῖται, καὶ εὐθύνας παρέχει τοῖς ὑβρισκῶσιν αὐτὸν, οὕτως αὖ λέγων· *Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; Αὐτοὶ Θεὸν οὐκ ἐβούλοντο αὐτὸν καλεῖν, καὶ αὐτὸς οὐ διέλειπε λαὸν αὐτοῦς ὀνομάζειν· αὐτοὶ παρητυτῶντο τὴν δεσποτείαν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἤρνεϊτο αὐτούς, ἀλλ' ὤκιστο, καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἶπε λέγων· Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; Μὴ φορτικός σοι, φησὶν, ἐγενόμην, ἢ βαρὺς καὶ ἐπαχθής; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχεις εἰπεῖν· εἰ γὰρ καὶ τοῦτο ἦν, οὐδὲ οὕτως εἶδε σε ἀποσκιρτῆσαι. Τίς γὰρ ἔστιν υἱός, ὃν οὐ παιθεύει πατήρ; Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔχετε εἰπεῖν. Καὶ πάλιν ἀλλαχού· *Τί εὗροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα; Μέγα καὶ θαυμαστὸν τὸ εἰρημένον· ὁ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τί ἡμαρτον, φησὶν; Ὁ Θεὸς λέγει τοῖς ἀνθρώποις, Τί ἡμαρτον; ὅπερ οὐδὲ δούλοι τὸν δεσπότην φθέγγασθαι ἀνέχονται. Καὶ οὐ λέγει, Τί ἡμαρτον εἰς ὑμᾶς, ἀλλ', εἰς τοὺς πατέρας ὑμῶν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, φησὶν, ἔχετε εἰπεῖν, ὅτι πατρικὴν εἰς ἐμὲ τηρεῖτε ἐχθρῶν· οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑμῶν ἐγκαλέσαι ποτὲ ἀφήκα τῇ ἐμῇ προνοίᾳ, ἐν μικρῷ ἢ μεγάλῳ παριδὼν αὐτούς. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Τί ἔσχον οἱ πατέρες ὑμῶν, ἀλλὰ, *Τί εὗρον*; Πολλὰ ζητήσαντες, πολλὰ περιελθόντες ἐν τοσοῦτοις ἔτεσιν ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν γενόμενοι, οὐδὲν εὗρον ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα. Διὰ δὲ ταῦτα πάντα συνεχῶς πρὸς αὐτὸν καταφεύγωμεν, [309 καὶ ἐν πάσῃ ἀθυμίᾳ ζητῶμεν τὴν παραμυθίαν αὐτοῦ, ἐν πάτῃ συμφορᾷ τὴν αὐτοῦ λύσιν, τὸν αὐτοῦ ἔλεον, ἐν παντὶ πειρασμῷ τὴν αὐτοῦ βοήθειαν· οἷον γὰρ ἐάν ἡ δεινὸν, οἷον ἐάν ἡ μέγεθος συμφορᾶς, πάντα καὶ λύσαι καὶ παραγαγεῖν δύναται· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀσφαλείαν καὶ δύναμιν καὶ δόξαν ἀγαθὴν, καὶ ὑγίειαν σώματος, καὶ φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ ἐλπίδας χρηστὰς, καὶ τὸ μὴ ταχέως ἁμαρτάνειν, ἢ ἀγαθῆς αὐτοῦ παρέξει ἡμῖν. Μὴ οὖν κατὰ τοὺς ἀγνώμονας δούλους γογγύζωμεν, μηδὲ τοῦ δεσπότητος κατηγορήσωμεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εὐχαριστῶμεν, καὶ ἐν μόνον δεινὸν εἶναι νομίζωμεν, τὸ εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτάνειν. Καὶ ἐάν οὕτω πρὸς τὸν Θεὸν διατεθῶμεν, οὐ νόσος, οὐ πένια, οὐκ ἀτιμία, οὐκ ἀφορία καρπῶν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν διαδέχεται ἡμᾶς, ἀλλὰ καθαρὰν ἡδονὴν καὶ ἀγνὴν καρπούμενοι διαπαντός, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα, διὰ τῆς χάριτος καὶ φιλανθρωπίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἢ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.**

*Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ νηστείας καὶ εἰς τὸν προφήτην Ἰωάνη, καὶ Δανιήλ, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας.
Ἐλέχθη δὲ εἰς τὴν εἰσοδὸν τῶν ἀγίων νηστεῶν.*

Ἐπιτομή ε'.

α'. Φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανηγυρίς, καὶ λαμπρότερος τοῦ συνήθους ὁ σύλλογος. Τί ποτε ἄρα τὸ αἴτιον; Νηστείας τὸ κατόρθωμα τοῦτο· οἶδα γὰρ νηστείας οὐχὶ παρούσης, ἀλλὰ προσδοκωμένης. Ἐκεῖνη γὰρ ἡμᾶς πρὸς τὸν πατρίον συνήγαγεν οἶκον· ἐκεῖνη καὶ τοὺς πρὸς τεύ-

του ῥαθυμοτέρους, σήμερον πρὸς τὰς μητρικὰς * ἐπανήγαγε χεῖρας. Εἰ δὲ καὶ προσδοκωμένη μόνον τοσαύτην ἡμῖν ἐνεποίησε σπουδὴν, φανείσα καὶ παραγενομένη πόσῃ ἐν ἡμῖν ἐργάζεται τὴν εὐλάβειαν; Οὕτω καὶ πόλις ἄρχοντος εἰσελαύνειν μέλλοντος φοβεροῦ, πᾶσαν ἀπο-

* Savil. et unus Regius τὰς πατρικὰς.

vit quid tibi competat. Sunt autem plurimi, qui mille versus inter orandum proferunt, dicuntque: Domine, da mihi corporis sanitatem, duplo plures, quam habeo, facultates, ulciscere inimicum meum: quod est ingenti plenuin absurditate. Quamobrem his omnibus omissis ita orandum precandumque est, ut publicanus ille qui dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori* (Luc. 18. 13); et ipse novit quo pacto tibi sit opitulandum: nam *Quærite*, inquit, *primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* (Matth. 6. 33). Sic itaque, dilecti, cum labore et humilitate philosophemur, percutientes pectora nostra, quemadmodum ille, et quæ petimus consequemur: sin ira furoreque pleni precemur, abominabiles et odiosi apud Deum reperiemur. Conteramus igitur mentem nostram, humiliemus animas nostras, precemurque pro nobis, proque his qui nos molestia affecerunt. Si namque velis iudicem ad auxilium animæ tuæ demulcere, et ad tuas partes attrahere, numquam eum contra adversarium tuum compellaveris. Etenim iudicis illius talis est mos: illis maxime annuit et postulata concedit, qui pro inimicis orant, qui non sunt injuriæ memores, qui contra inimicos suos non efferuntur. Et quanto magis hi se ita gerunt, tanto magis Deus eorum inimicos ulciscitur, nisi ad poenitentiam convertantur.

5. *Cur Deus nos assidue vexari permittat.* — Videte ergo, fratres, ne injuria a quopiam lacessiti statim indignemur et in tristitiam labamur, sed philosophantes gratias agamus, exspectantes auxilium Domini. Annon poterat Deus ante precationem bonæ nobis conferre? annon vitam dolore vacuam concedere, atque a quavis ærumna remotam? Sed utraque ille summo amore facit. Cur enim nos vexari permittit, nec illicio auxilium admovet? Qua de causa? Ut ipsum assidue adeamus, ejus postulantes opem, ad ipsumque confugiamus, et frequenter ipsum ad auxilium vocemus. Ideo corporis dolores, ideo penuriæ fructuum, ideo fames: ut ex his ærumnis ab illo semper pendeamus, atque sic per temporales ærumnas vitam æternam in hæreditatem consequamur. Itaque pro his etiam Deo gratias agere debemus, qui multis modis sanitatem et salutem confert animabus nostris. Homines enim si minimum quidpiam nobis beneficii contulerint, iisque postea vel inviæ aliquantulum molestiæ afferamus, statim exprobrant beneficium, ita ut multi sibi ipsis maledicant, quod ab iis beneficium quodvis acceperint: Deus vero non sic; sed etiam-

si statim post collata beneficia contemnatur afficiaturque contumelia, adhuc sese purgat, rationesque inicit cum iis, qui se injuria affecerunt, his verbis: *Popule meus, quid feci tibi* (Mich. 6. 3)? Ipsi volebant eum vocare Deum, ille vero non cessabat ipsos populum suum nominare: ipsi dominium detrectabant, ille vero non negabat eos, sed ut suos tractabat, et ad se trahebat dicens, *Popule meus, quid feci tibi*? An tibi onerosus fui, inquit, an gravis et molestus? At hoc non potes dicere: quin etiamsi hoc esset, neque sic oportuit resilire: *Quis enim est filius, quem pater non corrigit* (Hebr. 12. 7)? Attamen hoc non potestis dicere. Et iterum alibi: *Quod invenerunt patres vestri in me delictum* (Jer. 2. 5)? Magnum et mirabile dictum: quod enim dicit hujusmodi est: Quid peccavi? inquit Deus hominibus: Quid peccavi? quod neque servi a dominis dici concedunt. Neque dicit, Quid peccavi in vos; sed, In patres vestros. Verum neque hoc, ait, potestis dicere, quod paternam erga me inimicitiam servetis. Neque enim progenitores vestros permisi umquam providentiam meam incusare, in parvo aut magno despiciens eos. Neque simpliciter dixit: Quid habuerunt patres vestri, sed, *Quid invenerunt*? Quamvis multa quassierint, multa circumquaque moverint tot annis meo sub imperio degentes, nullum invenerunt in me delictum. Igitur horum omnium causa frequenter ad eum confugiamus, et in omni mœrore consolationem ejus quæramus, in omni calamitate ejus solutionem, ejus misericordiam, in omni tentatione ejus auxilium: quantumcumque enim malum fuerit, quantumcumque calamitatis magnitudo, omnia ille solvere et amovere potest: neque hoc tantum, sed omnem securitatem, virtutem, veram gloriam, incolumitatem corporis, philosophiam animæ, spem bonam, et ut non facile peccemus, id nobis ejus bonitas conferet. Ne itaque ingratorum servorum more murmuremus, neque Dominum incusemus; sed in omnibus gratias agamus, et unum solum malum esse putemus, nempe in eum peccare. Atque si ita erga Deum affecti simus, non morbus, non paupertas, non ignominia, non sterilitas fructuum, non aliud quidpiam eorum, quæ inter mala computantur, nos excipiet; sed puram castamque voluptatem semper nacti, etiam futura bona consequemur: gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

—
EJUSDEM HOMILIA DE JEJUNIO ET IN JONAM PROPHETAM, ET DANIELEM, ET TRES PUEROS, ET DE POENITENTIA. DICTA EST AUTEM IN SACRORUM JEJUNIORUM INGRESSUM.

HOMILIA V (a).

1. Læta nobis hodie ac festiva celebritas, solitoque illustrior cœtus. Quænam ergo causa? Jejunii præclarum opus hoc esse novi, jejunii non præsentis, sed exspectati. Illud namque nos huc ad paternam con-

gregavit domum: illud etiam eos qui antehac pigriores fuerunt, ad maternas¹ reduxit manus. Si vero quod exspectetur solum, tantum studii nobis ingessit, cum apparuerit adveneritque, quantam in nobis venerationem efficiet? Sic et civitas, principe tremendo ingres-

(a) Collata cum Mss. Regiis 1828, 1829, 2421.

¹ Sav. et unus Reg., *paternas*.

suro, omnem omittit desidiam, majorique excitatur studio.

Dæmones jejunium Christianorum metuunt. — Sed haud timete tremendum principem jejunium audientes : non enim vobis, sed dæmoniorum naturæ tremendum est. Etenim si lunaticus fuerit quis, jejunii ei faciem ostende, atque lapidibus ipsis immobilior manet timore constrictus, et veluti vinculo quodam deventus : idque potissimum, cum viderit jejunio adjunctam sororem contubernalemque jejunii, orationem : ideo Christus dicit : *Hoc genus non ejicitur nisi in oratione et jejunio (Matth. 17. 20)*. Cum itaque nostræ salutis hostes sic persequatur, atque inimicis vitæ nostræ tam sit timendum, amare et diligere id oportet, non timere : si enim timendum est, ebrietas et crapula, non jejunium timeri debet. Illa siquidem nostras post terga ligans manus, vitiorum tyrannidi, veluti cuidam pravæ dominæ, servos nos captivosque reddit : jejunium vero servos existentes nos atque ligatos inveniens, vincula solvit et tyrannide liberat, pristinamque in libertatem reducit. Igitur quando inimicos nostros expugnat, servituteque nos liberat, atque ad priorem reducit libertatem, quam aliam majorem ejus erga nostrum genus amicitiae rationem exquiris? Etenim maximum amoris indicium id esse videtur, si eosdem nobiscum amet quis, et odio prosequatur.

Monachorum laus. — Vis discere, quantus hominibus ornatus sit jejunium, quantum tutamen ac custodia? considera beatum atque admirabile monachorum genus. Hi namque tumultum sæculi fugientes, atque ad ipsa montium cacumina currentes, tuguria in eremi quiete veluti in tranquillo quodam portu figentes, jejunium ceu commercii vitæque socium susceperunt. Quare angelos ex hominibus illos fecit : non illos modo, sed et in urbibus quotquot se tolerantantes invenit, ad ipsum philosophiæ calmen evehit. Nam et Moses et Elias, prophetarum in Veteri Testamento turres, tametsi ex aliis illustres magique haberentur, ac multa fiducia gauderent; tamen si quando Deum volebant adire et alloqui, quantum homini possibile erat, ad hoc confugiebant, atque per hujus manus ad Deum ducebantur. Idcirco Deus hominem a principio faciens, illico delatum eum jejunii manibus commendavit, veluti piæ amabilique matri et magistræ optimæ committens. Nam *Ab omni ligno paradisi comedes, de ligno vero scientiæ boni et mali non comedetis (Gen. 2. 16. 17)* : id species jejunii est. Si autem in paradiso jejunium necessarium fuit, extra paradysum multo magis : si ante plagam utilis medicina fuerat, multo magis post plagam : si necdum bello cupiditatum insurgente nobis arma fuerant opportuna, multo magis post tantum cupiditatum prælium a dæmonibus nobis illatum, necessarium nobis est jejunii commilitium. Si hanc audisset vocem Adam, nequaquam secundam audisset : *Terra es, et in terram revertetis (Gen. 3. 19)*. Sed quoniam hanc quidem transgressus est, propterea mors et curæ et arumæ et tristitiæ et vita omni morte gravior : propterea spinæ et tribuli, propterea labores et dolores, vitæque angustii plena.

De jejunio lætatur Deus. Pœnitentia fervens, licet brevis, multa peccata det. — Vidisti quomodo irascitur Deus jejunio spreto? disce et quomodo lætatur jejunio honorato. Quemadmodum enim jejunio spreto, spernenti supplicium inflixit mortem : sic iterum eodem honorato, de morte revocat. Nam et volens tibi ostendere rei virtutem, potestatem ipsi dedit post sententiam, post abductionem, abductos ad mortem media de via rapere, atque reducere ad vitam; idque non in duobus tribusve, aut viginti hominibus, sed in universo Ninivitarum populo; et urbem magnam admirabilemque ac genibus flexis jacentem, ad ipsum barathrum jam inclinantem caput, venientem desuper plagam accepturam, veluti quædam virtus desuper advolans ex porta mortis eripuit, atque ad vitam reduxit. Sed si videtur, et ipsam audiamus historiam. *Factum est, inquit, verbum Domini ad Jonam, dicens : Surge et vade in Niniven civitatem grandem (Jon. 1. 1. 2)*. Statim ex ipsa urbis magnitudine vult illum flectere, futuram prævidens prophetæ fugam. Sed prædicationem audiamus : *Adhuc tres dies¹, et Ninive subvertetur (Jon. 3. 4)*. Et cujus rei gratia, quæ facturus es mala prædicis? Ut non faciam quæ prædico. Propterea et gehennam minatus est, quo ad gehennam non abducat. Terreant, inquit, vos verba, ne res conturbent. Cujus autem rei gratia præfinitum spatium ad tam breve tempus redegit? Quo et barbarorum discas virtutem, dico autem Ninivitarum, qui tribus diebus tantam peccatorum iram solvere potuerunt : atque Dei clementiam admireris, trium dierum pœnitentia contenti tot pro peccatis : tuque desperatione non corruas, etsi millies peccaveris. Quemadmodum enim anima pigritans atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur magnum, neque sibi ipsi Deum conciliat ob desidiam : sic qui proposito fervet, atque multa cum diligentia pœnitentiam ostendit, brevi temporis momento longævi temporis peccata delere poterit. Nonne tertio Petrus negavit? nonne tertio cum juramento? nonne vilis cujusdam ancillæ verba timens (*Matth. 26. 69. 70*)? Quid ergo? oportuitne illum ad pœnitentiam multos annos terere? Nequaquam, sed eadem nocte lapsus est et erectus, vulnusque et medicinam accepit : ægrotavit, atque ad priorem rediit sanitatem. Qualiter et quomodo? Flens et lugens, imo non modo flens, sed multo cum studio et affectu : propterea evangelista non dixit quoniam solum flevit; sed, *Flevit amare (Ibid. v. 75)*. Et qualis, inquit, quantaque fuerit lacrymarum vis, sermo nullus poterit explicare : ipse autem rerum exitus manifesta ostendit. Etenim gravem post illum casum; nam nullum negationi par malum : sed tamen post tantum malum, iterum eum ad priorem honorem revexit, Ecclesiæ præfecturam ipsi per universum mundum tradidit : quodque omnium est sublimius, ostendit nobis

¹ Sic legitur a primis Ecclesiæ sæculis in LXX Interpretibus. Vulgata, ut in Hebræo, *Adhuc quadraginta dies, etc.* Origenes in Num. dicit secundum Hebræos scribi, *adhuc quadraginta tres dies*; sed labitur.

ἰαθυμίαν, καὶ ἐν πλείονι καθίσταται τῇ σπουδῇ. μὴ πτήξῃτε φοβερὸν ἄρχοντα τὴν νηστείαν· ἡμεῖς οὐ γὰρ ἡμῖν ἐστὶ φοβερά, ἀλλὰ τῇ τῶν δαιμόνων. Ἐὰν σεληνιαζόμενος ἢ τις, δεῖξον αὐτῷ πρόσωπον, καὶ τῶν λίθων αὐτῶν ἀκίνητοτερος· φόβῳ πηγνύμενος, καὶ καθάπερ δεσμῷ τινὶ· νος, καὶ μάλιστα ὅταν ἴδῃ τῇ νηστείᾳ συμβεβλητὴν ἀδελφὴν τῆς νηστείας καὶ ὁμόζυγον, τὴν ἰα τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς φησὶ· *Τὸ γένος τοῦτο ρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.* ν τοὺς πολεμίους τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας εὐνη, καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς ζωῆς ἡμῶν οὕτως ἢ φιλεῖν αὐτὴν καὶ ἀσπάζεσθαι, οὐχὶ δεδοικέναι· ἀρ φοβεῖσθαι δεῖ μέθην καὶ ἀδηφάγϊαν, οὐχὶ φοβεῖσθαι χρῆ. Ἐκεῖνη μὲν γὰρ ὀπίσω τὰς χεῖρας ἔδησασα, τῇ τυραννίδι τῶν παθῶν, καθάπερ κίνη χαλεπῇ, δούλους καὶ αἰχμαλώτους ἐκδεδεῖν νηστεία [310] δουλεύοντας ἡμᾶς καὶ δεδεμέουσα, ἀνίησι τῶν δεσμῶν, ἀπαλλάττει τῆς τυκαὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἐπανάγει τὴν προτέραν οὖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν πολεμῆ, καὶ δουλλάττει, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανάγει, ποίαν ἰζονα ζητεῖ; ἀπόδειξιν τῆς φιλίας αὐτοῦ, τῆς ἔνος τὸ ἡμέτερον; Μεγίστη γὰρ φιλίας ἀπόδειξοκεῖ τὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν φιλεῖν καὶ μισεῖν.

μαθεῖν, ὅσος κόσμος ἀνθρώποις ἡ νηστεία, ὅση καὶ ἀσφάλεια; ἐννόησόν μοι τὸ μακάριον αστὸν τῶν μοναζόντων γένος. Οὗτοι γὰρ τοὺς ἰορδύους φυγόντες, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ἀδραμόντες, καὶ τὰς καλύδας ἐν τῇ τῆς ἐρηχίξ, καθάπερ ἐν εὐδιεινῷ τινι λιμένι πηξάμενην συνέμπορον καὶ συγκοινωνὸν τοῦ βίου πανιν. Τοιγαροῦν καὶ ἀγγέλους αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώηησαν, οὐκ ἐκείνους δὲ μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς σους ἀν εὐρη προσιεμένους αὐτὴν, πρὸς αὐτὸ οφίας ἀνάγει τὸ ὕψος. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς καὶ ἰ πύργου τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ προφητῶν, καί τοῖς ὦν ἄλλων ὄντες λαμπροὶ καὶ μεγάλοι, καὶ πολτες καρβήσαν, ὅτε ἐδούλοντο προσελθεῖν τῷ διαλεχθῆναι, ὡς ἀνθρώπων δυνατὸν ἦν, πρὸς ἀτέφυγον, καὶ διὰ τῶν ταύτης αὐτῷ προσεφέρων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς τὸν ἀνθρώπων ποιῶν, εὐθέως αὐτὸν ταῖς τῆς νηστείας φέρων παραχερσίν, ὡς περ φιλοστόργου μητρὶ καὶ ἀρίστηρ τὴν ἐκείνου σωτηρίαν ἐγγεμίζων αὐτῇ. *Τὸ ἰδ παρτὸς ξύλου τοῦ παραδείσου ἠ βρώσει τὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ οὐ φάγεσθε*· νηστείας εἶδος ἐστίν. Εἰ δὲ ἐν φ ἀναγκία ἡ νηστεία, πολλῷ μᾶλλον ἐκτὸς τοῦ ου· εἰ πρὸ τῆς πληγῆς χρήσιμον τὸ φάρμακῷ μᾶλλον μετὰ τὴν πληγὴν· εἰ μὴδέπω τοῦ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀναστάντος ἐπιτήδειον ἡμῖν τὸ, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν τοσαύτην μάχην τὴν ἐπιθυμιῶν, τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων, ἀναγκία τῆς νηστείας συμμαχία. Εἰ ταύτης ἤκουσε τῆς Ἀδάμ, οὐκ ἂν ἤκουσε τῆς δευτέρας τῆς λεγούει, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ἀλλ' ἐπειδὴ ταύτης σε, διὰ τοῦτο θάνατος καὶ φροντίδες καὶ πόνοι ἰαι· καὶ ζωὴ θανάτου παντὸς βαρυτέρα· διὰ

Regius et Savil. τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ.

τοῦτο ἀκάνθαι καὶ τρίβολοι, διὰ τοῦτο πόνοι καὶ ὠδίνες καὶ βίος ἐπίμοχθος.

Εἶδες πῶς ὁ Θεὸς ἀγανακτεῖ νηστείας ὑβριζομένης; μάθε καὶ πῶς εὐφραίνεται νηστείας τιμωμένης. Ὄσπερ γὰρ ὑβρισθείσης αὐτῆς θάνατον ἐπέθηκε τῷ ὑβρισαντι τὸ ἐπιτίμιον, οὕτως πάλιν τιμωθείσης αὐτῆς θάνατον ἀνεκαλέσατο. Καὶ γὰρ βουλόμενός σοι δεῖξαι τοῦ πράγματος τὴν δύναμιν, ἔδωκεν ἐξουσίαν αὐτῇ μετὰ ἀπόφασις, μετὰ ἀπαγωγῆν, τοὺς ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον ἐκ μέσης ἀναρπάσαι τῆς ὁδοῦ, καὶ πρὸς ζωὴν μεταγαγεῖν· καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ δύο, ἢ καὶ τριῶν καὶ εἰκοσιν ἀνθρώπων ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ δῆμον ὀλόκληρον, τὴν τῶν Νινευιτῶν πόλιν μεγάλην καὶ θαυμαστὴν ἐπὶ γόνυ κειμένην, παρ' αὐτὸ τὸ βάραθρον τὴν κεφαλὴν κλίναςαν, καὶ μέλλουσαν τὴν ἀνωθεν φερομένην δέχεσθαι πληγὴν, καθάπερ τις ἀνωθεν ἐπιπτᾶσα δύναμις, καὶ ἐξ αὐτῶν ἤρπασε τῶν τοῦ θανάτου [311] πύλων, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανήγαγεν. Ἄλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ τῆς ἱστορίας αὐτῆς ἐπακούσωμεν. *Καὶ ἐγένετο*, φησὶ, *λόγος Κυρίου, πρὸς Ἰωνᾶν λέγων· Ἀνάστηθι καὶ πορεύθητι εἰς Νινευὶ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην.* Εὐθέως αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως δυσωπήσαι βούλεται, τὴν μέλλουσαν προειδῶς τοῦ προφήτου φυγῆν. Ἄλλ' ἀκούσωμεν καὶ τοῦ κηρύγματος·

Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ κατιστραφήσεται.

Καὶ τίνας ἔνεκεν ἂ μέλλεις δεῖνὰ ποιεῖν προλέγεις; Ἴνα μὴ ποιῆσω ἂ προλέγω. Διὰ τοῦτο καὶ γένναν ἠπειλήησεν, ἵνα μὴ ἀπαγάγῃ εἰς γένναν· φοβεῖτω, φησὶν, ὁμᾶς τὰ ῥήματα, καὶ μὴ λυπεῖτω τὰ πράγματα. Τίνας δὲ ἔνεκεν καὶ τὴν προθεσίαν εἰς οὕτω στενὴν συνάγει χρόνον; Ἴνα καὶ τὴν τῶν βαρβάρων μάθης ἀρετὴν, βαρβάρων λέγω τῶν Νινευιτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις δυνηθέντων τοσαύτην ἀμαρτημάτων ὀργὴν καταλύσαι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν θαυμάσης μετανοῖξ τριῶν ἡμερῶν ἀρκεσθέντος ὑπὲρ τοσοῦτων πλημμελημάτων, καὶ αὐτὸς μὴ καταπέσης εἰς ἀπόγνωσιν, κἂν μυρία ἡμαρτηκὸς ἦς. Ὄσπερ γὰρ ὁ νωθρὸς τὴν ψυχὴν καὶ ὀλίγωρος, κἂν πολλὸν λάθῃ πρὸς μετάνοιαν χρόνον, οὐδὲν μέγα ἐργάζεται, οὐδὲ καταλλάξει τὸν Θεὸν ἑαυτῷ διὰ βρθυμίαν· οὕτως ὁ διεγερμένος καὶ τῇ προθυμίᾳ ζέων, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τὴν μετάνοιαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ πολλοῦ χρόνου παραπτώματα ἀφανίσαι δυνησεται. Οὐχὶ τρίτον ὁ Πέτρος ἠρνήσατο; οὐχὶ μεθ' ὄρκου τὸ τρίτον; οὐχὶ θεραπευτιδίου πινὸς εὐτελοῦς ῥήματα δέξασ; Τί οὖν; ἐνιαυτῶν πολλῶν ἐδέξην αὐτῷ πρὸς μετάνοιαν; Οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτῇ τῇ νυκτὶ καὶ ὠλισθήσε καὶ ἀνέστη, καὶ τὴν πληγὴν καὶ τὸ φάρμακον ἐδέξατο, καὶ ἠβρώσθησε, καὶ πρὸς τὴν ὑγιειαν ἐπανῆλθε. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Κλαύσας καὶ ἀποδυράμενος· μᾶλλον δὲ οὐ κλαύσας ἀπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ διαθέσεως· καὶ διὰ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστῆς οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκλαυσεν ἀπλῶς, ἀλλ', *Ἐκλαυσε πικρῶς*. Καὶ ποταπῇ τῶν δακρῶν ἐκείνων ἡ δύναμις, φησὶ, λόγος μὲν οὐδεὶς παραστήσει δυνησεται· ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ἐκβάσις δείκνυσι σαφῶς. Μετὰ γὰρ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πτώμα· ἀρνήσεως γὰρ οὐδὲν ἴσον κακὸν· ἀλλ' ὁμοῦ μετὰ τοσοῦτον κακὸν πάλιν αὐτὸν πρὸς τὴν προτέραν ἐπανήγαγε τιμὴν, καὶ τὴν ἐπιστάσιαν τῆς οἰκουμένης· Ἐκκλησίας ἐνεχείρισε· καὶ ὁ πάντων μεῖζόν ἐστίν, ἀπέδειξεν ἡμῖν αὐτὸν πλείω τῶν ἀποστόλων ἀπάντων ἔχοντα τὴν εἰς τὸν Δεσπότην ἀγάπην. Πέτρος γὰρ,

φθοί, *φιλεῖς με πλεῖον τούτων*; Τούτου δ' οὐδὲν γένοιτο ἂν ἴσον εἰς ἀρετῆς λόγον. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃς διὰ τοῖς Νινευίταις εἰκότως συνέγνω, ἀνθρώποις βαρβάρους καὶ ἀνοήτους, Ὁ γὰρ δοῦλος, φησὶν, ὁ μὴ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ· καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται ὀλίγας· Ἴνα οὖν μὴ τοῦτο λέγῃς, διὰ τοῦτό σοι καὶ τὸν Πέτρον εἰς μέσον παρήγαγε^α, δοῦλον μάλιστα τὸ θέλημα τοῦ κυρίου εἰδῶτα. Ἄλλ' ὅμως καὶ οὗτος ἁμαρτῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἁμαρτίαν, ὄρα πρὸς ὅσον παρήστας ὕψος ἀνήλθε.

Μὴ τοίνυν μὴδ' αὐτὸς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καταπέσῃς· τὸ γὰρ χαλεπώτερον τῆς ἁμαρτίας, τὸ μένειν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τὸ δεινότερον τοῦ πτώματος, τὸ κείσθαι ἐν τῷ πτώματι. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος θρηνεῖ καὶ [512] ἀποδύρεται, τοῦτο πάντως ἄξιον εἶναι φησι. *Μὴ πως γὰρ, φησὶν, ἐλθόντος μου πρὸς ὑμᾶς, ταπεινώσει με ὁ θεός, καὶ πενήθισω πολλοὺς, οὐχὶ τῶν ἡμαρτηκῶτων ἀπλῶς, ἀλλὰ τῶν μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελίᾳ, καὶ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ ἢ ἐπραξαν.* Πρὸς δὲ μετάνοιαν πολὸς ἐπιτηδεύστερος γένοιτο^β ἐν καιρὸς τοῦ τῆς νηστείας καιροῦ;

γ'. Ἄλλ' ἐπανίωμεν εἰς τὴν ἱστορίαν. Ἀκούσας γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα ὁ προφήτης κατέβη εἰς Ἰόαπην τοῦ φεύγειν εἰς Θαρσεῖς ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Πού φεύγεις, ἐνθρῶπε; οὐκ ἤκουσας τοῦ προφήτου λέγοντος· Πού πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Εἰς τὴν γῆν; Ἄλλὰ, τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἄλλ' εἰς τὸν ἄδην; Κἄν καταβῶ, φησὶν, εἰς τὸν ἄδην, πάρει. Εἰς τὸν οὐρανόν; Ἄλλ' ἐάν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, οὐ κέει εἶ. Ἄλλ' εἰς τὴν θάλασσαν; Καὶ ἐκεῖ, φησὶ, καθέξει με ἡ δεξιὰ σου. Ὁ δὲ καὶ ἐπὶ τούτου γέγονεν. Ἄλλὰ τοιοῦτον ἡ ἁμαρτία· εἰς πολλὴν ἄνοιαν ἐμβάλλει τὴν ἡμετέραν ψυχήν. Καθάπερ γὰρ οἱ καρθαρία καὶ μέθη κατεχόμενοι ἀπλῶς καὶ εἰκὴ περιφέρονται^δ, καὶ βράθρον, καὶ κρημνός, καὶ ὅτι οὖν ἢ ὑποκείμενον, καταπίπτουσιν ἀφυλάκτως· οὕτως καὶ οἱ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐξολισθαίνοντες, καθάπερ μέθη τιμὴ τῆς πράξεως ἐπιθυμία κατεχόμενοι, οὐκ ἴσασιν ὅπερ πράττουσιν· οὐ τὴν παρόντων, οὐ τῶν μελλόντων· προορῶσι.

Τὸν Δεσπότην φεύγεις, εἰπέ μοι; Οὐκοῦν μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μαθήσει, ὅτι οὐδὲ τῆς δούλης θαλάττης τὰς χεῖρας δυνήσει διαφυγεῖν. Ὁμοῦ γὰρ ἐπέθη τῆς νῆος οὗτος, κάκεῖνη τὰ κύματα διανέστησε, καὶ πρὸς ὕψος ἠγείρετο μέγα· καὶ καθάπερ θεράπεινά τις εὐγνώμων σύνδουλον εὐροῦσα φυγάδα, τῶν δεσποτικῶν ὑφελόμενόν τι κτημάτων, οὐ πρότερον ἀφίσταται μυρία τοῖς ὑποδεξαμένοις αὐτὸν παρέχουσα πράγματα, ἕως ἂν λαβοῦσα αὐτὸν ἀπέλθῃ· οὕτω δὲ καὶ ἡ θάλαττα τὸν σύνδουλον εὐροῦσα τὸν ἑαυτῆς καὶ ἐπιγνοῦσα, μυρία τοῖς ναύταις παρέχει πράγματα, ταράττουςα, βῶστα, οὐκ εἰς δικαστήριον ἔλκουσα, ἀλλ' αὐτὰνδρον ἀπειλοῦσα κατάδυσιν τοῦ σκάφους, εἰ μὴ τὸν ὀμβροῦλον ἀποδοῖεν αὐτῇ. Τί οὖν οἱ ναῦται, τούτων γινόμενων; Ἐποιήσαντο, φησὶν, ἐκβολὴν τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ πλοίῳ· τὸ δὲ πλοῖον οὐκ ἐκουφίστο· ὁ γὰρ φόρτος ἅπας ἔνδον ἔμενον ἔτι, τοῦ προφήτου τὸ σῶμα, τὸ βάρυ φορτίον, οὐ παρὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος· οὐδὲν γὰρ οὕτω βαρὺ καὶ δυσβά-

στακτον, ὡς ἁμαρτία καὶ παρακοή. Διὰ τοῦ χάριτος εἰς ἔψιν μοιῆδου διετύπωνεν αὐτὴν τὴν φύσιν αὐτῆς διαγράφω ἔλεγεν· Αἱ δὲ ὑπερήσαν τὴν κεφαλὴν μου, ὡσεὶ φοβερὴν ἐθάρνηθησαν ἐπ' ἐμέ. Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς ἁμαρτίας βεβιωκότας πολλὰς εἶδα· αὐτοὶ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, παύσω ὑμᾶς. Ἀθῆ τοίνυν καὶ τὸ πλοῖον ἐκίαι καὶ βαπτίζετο ἐμαλλεν· ὁ δὲ Ἰωνᾶς ἐκάθειδε Βαρυς ὁ ὕπνος οὐκ ἦν ἡδονῆς, ἀλλὰ λύτης, μίας, ἀλλὰ ἀθυμίας. Οἱ γὰρ εὐγνώμονες ταχέως αἰσθάνονται τῶν ἁμαρτημάτων· ὅπως [513] ἔπαθε. Μετὰ γὰρ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας τότε τὸ δεινόν· καὶ γὰρ τοιοῦτα· μετὰ τὸ τεχθῆναι, πλήρης τότε τὰς ὀδοῦ τῆς τεκούσης ψυχῆς, ἀπεναντίας τῷ νόμῳ τῆς γεννήσεως. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὁμοῦ τεχθέντες ἐλύομεν, ἐκεῖνη δὲ ὁμοῦ τεχθεῖσα διασπᾶται τοὺς τεκόντας αὐτὴν λογισμούς. Τί οὖν ὁ πρῶτος ἦλθε, φησὶν, αὐτῷ καὶ λέγει· Ἀνάστα, καὶ Κύριον τὸν Θεόν σου. Ἐγὼ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ ὅτι οὐκ ἦν συνήθης ὁ χειμῶν, ἀλλὰ θεήλατος ἰκαὶ μείζον τῆς ἀνθρωπίνης τέχνης τὸ κλυδοῖ τῶν τοῦ κυβερνήτου χειρῶν ὑφελος οὐ γὰρ ἔδειτο μείζονος κυβερνήτου τὰ γινόμενα κόσμον διακυβερνῶντος ἅπαντα, καὶ τῆς ἀνεῖχε βοῆς. Διὰ τοῦτο κάκεινοι κώπας καὶ σχοινία καὶ πάντα ἀφέντες καὶ τῆς εἰρεσίας ἀποστήσαντες πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέτειναν, καὶ παρεκάλουν. Ὡς δὲ οὐδὲ οὕτως ἐγένετό τι πλοῖον κλήρους, φησὶ· καὶ παρέδωκε λοιπὸν ὁ ψήφῳ τὸν ὑπεύθυνον. Οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως αὐτὸν κατεπόντισαν, ἀλλὰ θορύβου τοσούτου καὶ ταπεινότητος^ε, ὡς περ ἡσυχίας πολλῆς ἀπολαύσε δικαστήριον ἐν τῷ πλοίῳ καθιστάντες, καὶ ἔδωκαν αὐτῷ, καὶ ἀπολογίας ἤξισαν, καὶ πᾶσι ἀκριβείας ἐξήταζον, ὡς περ μέλλοντες τιμὴ εὐθύναι, ὡς ἂν ψηφίσωνται. Ἀκουσον γοῦν ὡς περ ἐν δικαστηρίῳ πάντα ἐξεταζόντων. ἔργασία ἐστὶ; καὶ πόθεν ἐρχῆ; καὶ ποῦ πορεύσῃς χώρας, καὶ ἐκ ποίου λαοῦ εἰσὶ; Καίτερος μὲν ἡ θάλασσα καταβῶσα, ἤλεγξε δὲ καὶ κατεμαρτύρησεν· ἀλλ' ὅμως οὐτε τῆς θαλάσσης οὐτε τοῦ κλήρου καταμαρτυρήσαντος ἐπάγουσιν οὐδέπω, ἀλλ' ὡς περ ἐν δικαστηρίῳ ἠγῶντων παρόντων, καὶ μαρτύρων ἐφεστηκῶτων χωρὶς γινόμενων, οὐ πρότερον οἱ δικάζοντες ἐπάγουσιν, ἕως ἂν αὐτὸς ὁ κατάδικος κατὰ ἰδίαν ἁμαρτίας γένηται· οὕτω δὲ καὶ οἱ ναῦται ἀνθρωποὶ βάρβαροι καὶ ἀνόητοι, τὴν ἐν τοῖς ῥίσις εὐταξίαν ἐμιμοῦντο· καίτοι τοσούτου φόβου τοῦ κλυδωνίου, τοσαύτης ταραχῆς περιεστῶσι καὶ τῆς θαλάσσης οὐδὲ ἀναπνεῖν ἐπιτρέπουσι ἔθορῶν, καὶ κατέσπευδε μαινομένη καὶ κατασυνεχῆ τὰ κύματα ἐπεγεύρουσα. Πόθεν οὖν ἡ πρόνοια γέγονεν, ἀγαπητοί, περὶ τὸν προφήτην τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας. Ὁ γὰρ Θεὸς ὡκνὸς γίνεσθαι, τὸν προφήτην διὰ τούτων παιδεύων ἵππων εἶναι καὶ ἡμερον, καὶ μονοουχὶ βῶν πρὸς λέγων· Μίμησαι τοὺς ναύτας, ἀνθρώπους δ

^α Vide an cum Savilio legere malis παρήγαγον. Edit.

^β Sic Savil. et duo Regg., magis proprie. Legebatur καταφέρονται. Edit.

^ε Alii ὀδύνας.

^δ Alii et Savil. ἐπιγινόμενης.

cum erga Dominum majorem quam omnes apostolos caritatem habuisse. *Petre, inquit, diligis me plus his (Joan. 21. 15)?* Huic autem ad virtutis rationem nihil sane par fuerit. Quo vero minime dicas merito Deum Ninivitis ignovisse, barbaris hominibus et insipientibus : *Servus enim, inquit, nesciens voluntatem domini, et non faciens, vapulabit paucis (Luc. 12. 48) :* ut ergo hoc non dicas, Petrum tibi in medium propterea duxit¹, servum voluntatem Domini maxime scientem. Sed tamen hic idem peccans maximo peccato, respice quantum ad fiducia culmen rediit.

Ob peccata numquam desperandum. — Igitur et ipse peccatis admissis ne animum despondeas. Quod enim in peccato gravius, est in peccato stare : et quod pejus in casu, est jacere in eo. Hoc et Paulus deflet et ingemiscit, hoc fletu dignum esse dicit : *Ne forte, inquit, cum venero ad vos, humiliet me Deus, et lugeam multos ex iis qui non solum peccaverunt, sed ex iis qui poenitentiam non egerunt super impudicitia et immunditia et fornicatione, quam fecerunt (2 Cor. 12. 21).* Ad poenitentiam vero quale congruentius tempus posset accedere jejunii tempore ?

3. Sed ad historiam revertamur. *Audiens autem propheta verba hæc, descendit in Joppen, ut fugeret in Tharsis a facie Domini (Jon. 1. 3).* Quonam fugis, homo? numquid audivisti prophetam dicentem : *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam (Psal. 138. 7)?* In terram? Sed *Domini est terra et plenitudo ejus (Psal. 23. 1).* Ad infernum? *Si descendero, inquit, in infernum, ades. In cælumne? Si ascendero in cælum, tu illic es (Psal. 138. 8).* An in mare? *Et illic, inquit, tenebit me dextera tua (Ib. v. 10).* Quod et huic evenit. Sed tale est peccatum, ut ad ignorantiam multam redigat animam. Nam sicut qui gravitate capitis ebriitateque tenentur, stulte ac temere feruntur, quamvis præcipitium, quamvis barathrum, et aliud quid simile subsit, concidunt incaute : sic qui corruunt in peccatum, veluti ebrietate actionis desiderio detenti, nesciunt quid faciunt, non præsentia, non futura prævidentes.

Similitudo pulcherrima. — Dominum, dic mihi, fugis? Parumper igitur mane, atque per rerum disces eventum, te neque maris, servi ejus, posse manus effugere. Vix enim navim iste conscenderat, cum illic fluctus extulit, in altumque levavit, et veluti fidelis ancilla conservum inveniens fugientem, qui ex domini bonis quidpiam surripuerit, usquam ab eo recedit, milleque impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipsum vindicans reducat : sic et mare conservum inveniens et agnoscens, mille impedimenta nautis excitat, turbans, clamans, non in judicium trahens, sed comminans navem demergere cum nautis, nisi conservum suum sibi reddiderint. Quid ergo nauta, his contingentibus? *Jactum, inquit, vasorum fecerunt, navis vero nequaquam allembatur (Jon. 1. 5) :* totum enim adhuc onus manebat, prophetæ

¹ Duxit, juxta Savii.

corpus scilicet, onus grave, non ex natura corporis, sed ob pondus peccati; nihil enim tam onerosum et grave, quam peccatum et inobedientia. Propterea et Zacharias id plumbi figuravit similitudine (*Zach. 5. 7*) : David vero describit ejus naturam, dicens : *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me (Psal. 37. 5).* Christus autem iis qui in peccatis multis vixerant, clamabat : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Math. 11. 28).* Ipsum ergo peccatum scapham tunc gravabat, et demersurum erat : Jonas vero dormiebat et stertebat. Gravis ille non voluptatis erat somnus, sed mœroris, non pigritiæ, sed afflictionis. Nam qui ex domesticis bene affecti sunt, cito peccata sentiunt : quod et illi accidit. Post commissum enim peccatum, peccati novit gravitatem : nam ejusmodi est. Cum enim factum fuerit, tunc dolores parturienti animæ excitat contra leges nostræ nativitatis. Nos enim cum primum nati sumus, parturienti dolores solvimus : illud autem simul editum distrahit doloribus parientes ipsum cogitationes. Quid porro gubernator? Accessit, et ait : *Surge, et invoca Dominum Deum tuum (Jon. 1. 6).* Novi demum ipsa experientia insuetam illam esse procellam, atque adeo illatam plagam majores humana industria fluctus, ubi gubernatoris manus non prodessent : alterius enim majoris gubernatoris rei illius casus, hunc universum scilicet gubernantis mundum, ope atque superno indigebat auxilio. Propterea et illi remos et vela et funes atque universa dimittentes, manus a remigatione tractatas in cælum tendebant, Deumque orabant. Ubi vero neque sic profecerunt, Miserunt, inquit, sortes; sors demum prodidit noxium. Hi vero neque sic arripientes eum demerserunt, sed tanto tumultu, tanta tempestate incumbente, veluti multa in quiete, sic judicium in navi statuentes, ut pro se loqueretur, seque defenderet, ei permiserunt, atque cuncta subtili cum indagine exquirebant, veluti rationes eorum, quæ decreverint, alicui reddituri. Audi igitur eos sicut in judicio cuncta perquirentes. Quod opus est tuum? unde venis? quo vadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidem accusabat mare, acclamans contra : sors damnabat et testimonium contra ferebat; sed tamen neque mari contra exclamante, neque sorte ex adverso testimonium reddente, sententiam adhuc dabant, sed veluti in judicio et accusatoribus præsentibus, et testibus instantibus, indicibus atque argumentis veridicis, non prius judices sententiam ferunt, quam damnandus ipse propriæ sit accusator culpæ : sic et hi nautæ, homines barbari et insensati, eum, qui in judicium est, ordinem imitantur : et id quidem. tanto metu, tot fluctibus, tanta ipsos circumstante procella, et mari neque vel respirare permittente : tantum ferebat sonabatque continuosque fluctus excitabat. Unde igitur tanta fuit providentia erga prophetam? A Dei dispensatione. Etenim hoc fieri Deus permittebat, prophetam vel ex his admonens, ut mansuetus esset ac mitis, quasi ad eum clamans, et dicens : *Invitare*

nautas, homines insensatos: siquidem hi neque unam spernunt animam, neque uni tuo non parcunt corpori; tu vero universam urbem tot millia hominum habentem, quantum in te fuit, exposuisti: et hi quidem, comperta malorum suorum causa, non impetu ad damnationem irruunt; tu vero, in nullo valens Ninivitas accusare, demersisti eos atque perdidisti. Tu, me præcipiente eos ad salutem tua prædicatione revocare, non paruisti; hi autem nemine audito nihil non agunt et moliantur, quo te noxium a supplicio revocent. Etenim post ipsam maris accusationem, post indicium sortis, cum incusaret sese fugamque fatcretur, neque sic irruerunt ad prophetam necem, sed nitebantur atque omnia faciebant, quo eum neque post ejus manifestissimam culpam violentiæ maris exponerent. Sed non permittebat mare, vel potius Deus, sicuti per nautas eum, ita et per cetum ad sanum consilium reducere volens. Nam postquam auditum est, *Tollite me, et mittite me in mare, et cessabit mare a vobis* (Jon. 1. 12), viribus conabantur in aridam evadere, sed nequaquam permittebant fluctus.

4. Tu autem, quemadmodum fugientem vidisti prophetam, audi eum et confitentem ex inferioribus de celi ventre. Illud quidem veluti homo passus est, hoc vero quasi propheta ostendit. Accipiens igitur eum mare, velut in quodam carcere in celi ventre deposuit, salvum Domino fugitivum servans: neque acres undæ suscipientes suffocaverunt, neque cetus undis ipsis acrior in ventre oppressit, sed servavit, ad urbemque reduxit; et mare et cetus contra naturam obtemperarunt, quo per omnia propheta instrueretur. Veniens igitur in civitatem, sententiam legit, veluti regalem epistolam, pœnas a rege indictas ferentem, et clamabat dicens: *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* (Jon. 3. 4).

Pœnitentiæ ac jejunii vis magna; abstinentiæ, mater sanitatis. — Audierunt illi hæc, neque non crediderunt, neque neglexerunt, sed illico cursus omnium unus ad jejunium, virorum mulierumque, æservorum, herorum, principum, subditorum, juvenum, senum, puerorum; neque irrationabilium natura immunis ab eo erat officio: ubique saccus, ubique cinis, ubique fletus et ejulatus. Nam et ipse diademate caput ornatus, a regali descendens throno, saccum sibi substravit, cinerem sparsit, atque sic urbem periculis eripuit: et rem quidem novam videre erat, purpuram sacco cedentem. Quod enim purpura nequivit, id saccus potuit: quod consummare diadema non valuit, hoc cinis perfecit. Vides quomodo haud in vacuum dixi, non jejunium, sed ebrietatem crapulamque timeri oportuisse? Nam ebrietatem et crapulam stantem concussit, ad casumque nutare compulit: jejunium nuantem ipsam casuramque firmavit. Cum hoc et Daniel leonum ingressus lacum, quasi cum ovibus mansuetis versatus exivit. Nam æstuantes ira, torvum mortiferumque respicientes, appositam non tangebant mensam, sed ipsa excitante

 κ· ἐπαινῶ τὴν φιλανθρωπίαν ὡς ρίζαν πάντων
 ἁθῶν, καὶ ἀπειλῶ τοῖς μὲν πῦρ αἰώνιον, τοῖς δὲ
 ἰαν οὐρανὸν ἐπαγγέλλομαι. Καλαί σου, ὦ Δέσποτα,
 ἐπαγγελία· καλή σου καὶ ἡ προσδοκωμένη βα-
 καὶ ἡ γένενα πάλιν ἀπειλουμένη· ἡ μὲν προτρε-

κ, ἡ δὲ ἐκφοβοῦσα, non habentur in Mor. et Savil., sed
 supra memorato leguntur, et optime quadrant ad
 l.

πομένη, ἡ δὲ ἐκφοβοῦσα· προτρέπεται γὰρ καλῶς ἡ
 βασιλεία, φοβεῖ δὲ χρησίμως ἡ γένενα. Ἀπειλεῖ γὰρ
 γένενα ὁ Θεός, οὐχ ἵνα εἰς γένενα ἐμβάλῃ, ἀλλ' ἵνα
 γένενης ἀπαλλάξῃ. Εἰ γὰρ ἐβούλετο κολάσαι, οὐκ ἂν
 προηπειλήσεν, ἵνα ἀσφαλισάμενοι φύγωμεν τὰ ἀπειλου-
 μενα. Ἀπειλεῖ τὴν τιμωρίαν, ἵνα φύγωμεν τὴν πείραν
 τῆς τιμωρίας· φοβεῖ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ κολάσῃ τῷ ἔργῳ.
 Δανεῖσωμεν τοίνυν τῷ Θεῷ τὴν φιλανθρωπίαν, δανεῖ-
 σωμεν, ἵνα εὐρωμεν αὐτὸν χρεώστην, ὡς ἐφθην εἰπὼν,
 καὶ μὴ δικαστὴν· αἰδεῖται γὰρ ὁ χρεώστης τὸν δανεῖ-
 σαντα, αἰδεῖται αὐτὸν καὶ δυσωπεῖται. Ἐάν ἀπέλθῃ
 δανεῖστης εἰς θύραν χρεώστου, ἐάν μὲν ἦ ἄπορος, φεύ-
 γει· ἐάν δὲ εὐπορος, μετὰ παρρησίας δέχεται αὐτόν.
 Ὅρα δὲ μοι καὶ ἕτερον θαῦμα τοῦ δικαίου κριτοῦ ἐκ
 τῶν ἀνθρωπίνων παρατιθέμενον· ἐάν τινη ἐν πενίᾳ καθ-
 εστῶτι δανεῖσῃς, προέλθῃ δὲ εἰς εὐθνήν ὁ δανεῖσάμε-
 νος, καὶ δύνηται σοι λοιπὸν ἀποδοῦναι τὸ χρέος, λανθά-
 νει τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀποδίδωσιν, ἵνα μὴ αἰσχύνηται
 ἐπὶ τῇ προτέρᾳ καταστάσει· καὶ χάριτος μὲν ὁμολογεῖ,
 κρύπτει δὲ τὴν εὐεργεσίαν, τὴν προτέραν ἐνδεῖαν αἰσχυ-
 νόμενος. Ὁ δὲ Θεὸς οὐχ οὕτω ποιεῖ, [340] ἀλλ' ἐν κρυπτῷ
 δανεῖζόμενος, παρρησίᾳ τὸ χρέος ἀποδίδωσιν. Ὅτε μὲν
 γὰρ λαμβάνει, διὰ λανθανούσης ἐλεημοσύνης· ὅτε δὲ
 ἀποδίδωσιν, ἐπ' ὄψει πάσης τῆς δημιουργίας ἀποδίδω-
 σιν. Ἄλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· Διὰ τί δὲ ὅλως ὡσπερ ἐμοὶ τῷ
 πλουσίῳ δέδωκεν, οὐχὶ καὶ τῷ πένητι παραπλησίως δέ-
 δωκεν; Ἐδύνατο μὲν καὶ σοὶ δοῦναι ὁμοίως, καὶ τῷ
 πένητι, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν οὔτε σοῦ ἀκαρπον εἶναι τὸν
 πλοῦτον, οὔτε ἐκαίνο ἄμισθον τὴν πενίαν. Σοὶ τῷ πλο-
 τούντι δέδωκε πλοῦτεῖν ἐλεημοσύνη, καὶ σκορπίζει ἐν
 δικαιοσύνῃ· Ἐσκορπίσε γὰρ· ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ
 δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁρᾷ, ὅτι ὁ
 πλοῦτος ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης θησαυρίζει δικαιοσύνην
 αἰώνιον; ὅρα πάλιν καὶ τὸν πένητα· ἐπειδὴ οὐκ ἔχει
 πλοῦτον, ὃ ἐργάσῃται δικαιοσύνην, ἔχει πενίαν, ἐξ ἧς
 καρποῦται ὑπομονὴν αἰώνιον· Ἡ γὰρ ὑπομονὴ τῶν
 πενήτων οὐκ ἀπολείπει εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν Χριστῷ
 τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὃ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώ-
 νων. Ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.

Ὁμιλία η'.

εἶ καὶ χθὲς ὕμῶν ἀπελείφθην, ἀλλ' οὐκ ἐκῶν, ἀλλ'
 ασθεῖς· ἀπελείφθην δὲ σώματι, οὐ γνώμῃ· ἀπ-
 ῖ ἡ ἀπουσία σαρκὸς, οὐ διαθέσει διανοίας. Καὶ γὰρ
 τλεχόμην, πρὸς δ' ἐδυνάμην, ἅπαντας ὕμᾶς, καὶ
 εἰς διανοίας ἔφερον. Πάλιν, ἀδελφοί, τὴν πρόσκαιρον
 ν νόσον παρέντες, περισσοτέρως ἐσοπιδάσαμεν τὸ
 πον· ὕμῶν ἰδεῖν· εἶτι γὰρ τὰ λείψανα τῆς ἀβρω-
 ἔχων ἔδραμον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Οἱ μὲν
 ἄβρωστοὶντες λουτρὰ καὶ βαλανεῖα [μετὰ τὴν ἀβ-
 ἄν] ζητοῦσιν· ἐγὼ δὲ τὰ ποδοῦμενα ὕμῶν πρόσ-
 ἔξον ἡγησάμην ἢ θέασασθαι, καὶ τὴν ὀφειλομένην
 μίαν τῆς ἀκρόσεως ἀπακλήρωσαι, τὸ πέλαιος
 τὸ μέγα, καὶ ἄλμην οὐκ ἔχον, τὴν θάλατταν ταύ-
 ῖν κυμάτων ἀππλλαγμένην. Ἦλθον ὕμῶν τὴν
 ἰαν τὴν κεκαθαρμένην ἰδεῖν. Τίς γὰρ τοιοῦτος λι-
 νῖλ τὰ πρόσωκα.
 ic Savil. Morel. vero ἄτα ἡγησάμην. Infra pro λιμήν,
 habet Reg., edit. λιμῶν.

μην, οἷος ἡ Ἐκκλησία; τίς τοιοῦτος παράδεισος, ὡς ἡ
 σύνδοξ ἡ ὑμετέρα; Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ὄρις ἐπιβου-
 λεύων, ἀλλ' ὁ Χριστὸς μυσταγωγῶν· οὐκ ἔστιν Εὐα-
 ὐποσκελιζούσα, ἀλλ' ἡ Ἐκκλησία ὀρθοῦσα· οὐκ ἔστιν
 ἐνταῦθα φύλλα δένδρων, ἀλλ' ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος·
 οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα φραγμὸς ἀκανθῶν, ἀλλ' ἄμπελος εὐ-
 θηνοῦσα. Ἐάν δὲ ἀκανθῶν εὐρω, εἰς ἐλαίαν μεταφέρω·
 οὐ γὰρ ἀπορία φύσεως τὰ ἐνταῦθα, ἀλλ' ἐλευθερίᾳ προαι-
 ρέσεως τετίμηται· ἐάν δὲ λύκον εὐρω, πρόβατον ποιῶ,
 οὐ τὴν φύσιν μεταβάλλω, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν μετα-
 φέρω.

Διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις τῆς κίβωτοῦ τὴν Ἐκ-
 κλησίαν μερίζονα προσειπῶν. Ἡ μὲν γὰρ κίβωτος παρ-
 ἐλάμβανε τὰ ζῶα, καὶ ἐφύλαττε ζῶα, ἡ δὲ Ἐκκλησία
 παραλαμβάνει τὰ ζῶα καὶ μεταβάλλει. Οἷόν τι λέγω·
 εἰσηλθεν ἐκεῖ ἰέραξ, καὶ ἐξηλθεν ἰέραξ· εἰσηλθε λύκος,
 καὶ ἐξηλθε λύκος· εἰσηλθέ τις ἰέραξ ἐνταῦθα, καὶ ἐξέρ-
 χεται περιστέρα· εἰσέρχεται λύκος, καὶ ἐξέρχεται πρό-

κατον· εισέρχεται θφίς, καὶ [341] ἐξέρχεται ἀρνίον, οὐ τῆς φύσεως μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς κακίας ἐλαυνομένης. Διὰ τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ μετανοίας κινῶ λόγον. Ἡ γὰρ μετάνοια, δεινὴ καὶ φοβερὰ τῷ ἁμαρτωλῷ, φάρμακον τῶν πλημμελημάτων, δαπάνημα τῶν παρανομῶν, ἀνάλωμα τῶν δακρύων, παρρησία πρὸς τὸν Θεόν, ὄπλον κατὰ τοῦ διαβόλου, μάχαιρα ἀποτέμουσα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, σωτηρίας ἐλπίς, ἀπογνώσεως ἀναίρεσις ^a· αὕτη τὸν οὐρανὸν ἀνοίγει, αὕτη εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει, αὕτη τοῦ διαβόλου περιγίνεται (διὰ δὴ τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ τοῦτο κινῶ λόγον), ὡσπερ καὶ τὸ θαρβεῖν ποιεῖ ὑποσκελίζεσθαι. Ἄμαρτωλὸς εἶ; μὴ ἀπογνῶς· οὐ παύομαι συνεχῶς ταῦτα ἐπαλείφω τὰ φάρμακα· καὶ γὰρ οἶδα ἡλίκων ὄπλον ἐστὶ κατὰ τοῦ διαβόλου τὸ μὴ ἀπογινώσκειν ὕμᾶς. Ἄν ἐχῆς ἁμαρτήματα, μὴ ἀπογνῶς· οὐ παύομαι ταῦτα συνεχῶς λέγων· κἂν καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνῃς, καθ' ἡμέραν μετανόει· καὶ ὅπερ ἐν ταῖς παλαιαῖς ποιούμεν οἰκίαις, ὅταν σαθρωθῶσιν, ὑπεξαιρούμεθα τὰ σασθρωμένα, καὶ καινὰ ἐπισκευάζομεν, καὶ οὐδέποτε συνεχοῦς ἐπιμελείας ἐπιλανθάνομεθα ^b· τοῦτο καὶ ἐν ἡμῖν ποιῶμεν ^c. Εἰ ἐπαλαιώθης σήμερον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀνακαινίσον σεαυτὸν ἀπὸ τῆς μετανοίας. Καὶ ἐνι, φησὶ, μετανοήσαντα σωθῆναι; Καὶ πάνυ ἐνι. Πάντα τὸν βίον ἐν ἁμαρτίαις διέτριψα, καὶ ἐὰν μετανόησω, σώζομαι; Πάνυ. Πόθεν δὴλον; Ἀπὸ τῆς τοῦ Δεσπότη σου φιλανθρωπίας. Μὴ γὰρ τῆ μετανοίᾳ σου θαρρῶ; μὴ γὰρ ἡ μετάνοιά σου ἰσχύει τοσαῦτα κακὰ ἀποσμήξασθαι; Εἰ ἡ μετάνοια μόνῃ ἦν, εἰκότως ἐφοδοῦ· ἐπειδὴ δὲ τῆ μετανοίας κεράννυται Θεοῦ φιλανθρωπία, Ὁάρρει· Θεοῦ γὰρ φιλανθρωπίας μέτρον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ λόγῳ ἐρμηνευθῆναι δύναται αὐτοῦ ἡ ἀγαθότης. Ἡ μὲν γὰρ σὴ κακία μέτρον ἔχει, τὸ δὲ φάρμακον μέτρον οὐκ ἔχει· ἡ σὴ κακία οἷα ἐὰν ἦ, ἀνθρωπίνῃ ἐστὶ κακία, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀφαιτος ^d· καὶ θάρρει, ὅτι περιγίνεται σου τῆς κακίας. Ἐννόησον σπινθῆρα εἰς πέλαγος ἐμπεσόντα· μὴ δύναται στήναι ἢ φανῆναι; Ὅσον σπινθῆρ πρὸς πέλαγος, τοσοῦτον κακία πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοσοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον. Τὸ μὲν γὰρ πέλαγος, κἂν μέγα ἦ, μέτρον ἔχει· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀπεριόριστος.

Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμᾶς βραθυμότερους ἐργάσωμαι, ἀλλ' ἵνα σπουδαιότερους καταστήσω. Παρηγεσα πολλάκις εἰς θέατρον μὴ ἀναβαίνειν· ἤκουσας, οὐκ ἐπειθήσῃς· ἀνέβης εἰς τὸ θέατρον, παρηκούσας μου τοῦ λόγου· μὴ αἰσχυνθῆς πάλιν εἰσελθεῖν, καὶ ἀκούσαι. Ἦκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα, πῶς δύναμαι πάλιν εἰσελθεῖν; Τέως αὐτὸ τοῦτο οἶδας, ὅτι οὐκ ἐτήρησας· τέως αἰσχύνῃ, τέως ἐρυθρίᾳς, τέως μηδενός σε ἐλέγχοντος τὸν χαλινὸν περιφέρεις, τέως τὸν λόγον μου ἔχεις ἐβρίζωμένον, τέως μὴ φαινομένου ἢ διδασκαλία μου καθαίρει σε. Οὐκ ἐτήρησας, κατέγνωσ σεαυτοῦ; εἰς τὸ ἦμισυ ἐτήρησας, κἂν μὴ τηρήσῃς, εἴπῃς δὲ, Οὐκ ἐτήρησα· ὁ γὰρ καταγνοῦς ἑαυτοῦ ἐπὶ τῷ μὴ τηρῆσαι, ἐπὶ τῷ [342] τηρῆσαι σπουδάζει. Ἐθεώρησας; εἰργάσω παρανομίαν; αἰχμάλωτος ἐγένου τῆς πόρνῃς; κατέβης ἀπὸ τοῦ θεάτρο; πάλιν

^a Sic Savil. melius quam Morel. ἀγνωσίας ἀναίρεσις.

^b Sic Savil. Morel. vero ἐπιμελείας ἀπολούμεν, minus recte.

^c Ἦκε, τοῦτο καὶ ἐν ἡμῖν ποιῶμεν, quibus sententia perficitur, nobis suppeditatit Savilius. Edm.

^d Savil. φιλανθρωπία ἀπεριόριστος. Morel. vero φιλανθρωπία ἀφαιτος. Reg. post φιλανθρωπία nihil habet. Infra vero Savil. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία μέτρον οὐκ ἔχει.

ἐμνήσθης; ἡσχύνθης; πρόσελθε. Ἐλυπήθης; παρακάλεσον τὸν Θεόν· ἀνέστης μέχρι· τοῦτου. Οὐαί μοι, ἤκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα· πῶς εἰσελθῶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν; πῶς πάλιν ἀκούσω; Μᾶλλον εἰσελθε, ἐπειδὴ οὐκ ἐτήρησας, ἵνα πάλιν ἀκούσας τηρήσῃς. Φάρμακον ἐὰν ἐπαθῇ σοι ὁ ἰατρὸς, καὶ μὴ καθάρισθαι σε, ἄλλην ἡμέραν οὐκ ἐπιτίθῃσιν αὐτὸ πάλιν; Ἔστι τις δρυστόμος· θελήτω τέμνειν δρῦν, λαμβάνει ἀξίνην, κόπτει τὴν βίξαν· ἐὰν δῶ μίαν πληγὴν, καὶ μὴ πέσῃ τὸ ἄκαρπον δένδρον, οὐ δίδωσιν ἄλλην πληγὴν, οὐ τὴν τετάρτην, οὐ τὴν πέμπτην, οὐ τὴν δεκάτην; Οὕτω καὶ σὺ ποιεῖ· δρῦς ἐστὶν ἡ πόρνη ^f, ἄκαρπον δένδρον, βαλάνους ἐκφέρουσα χόρων ἀλόγων τροφή· ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐβρίζωθι ἐν τῇ διανοίᾳ σου, ἐν τῇ περιβολῇ τῶν δένδρων κατέβαλέ σοι τὸ συνειδός· ὁ λόγος μου ἀξίνη ἐστίν. Ἦκουσας μίαν ἡμέραν· πῶς εἰς μίαν ἡμέραν ^g πίπτει ἡ τοσοῦτον χρόνος ἐβρίζωμένη; Ἐὰν γὰρ δις, ἐὰν γὰρ τρις, ἐὰν γὰρ ἑκατοντάκις, ἐὰν γὰρ μυριάκις, οὐκ ἔστι θαυμαστόν· μόνον ἔκκοψον πρᾶγμα πονηρὸν καὶ ἰσχυρὸν, συνήθειαν πονηρὰν. Μάννα ἤσθιον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ κρόμμυμα ἐξήτουσαν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ· Καλῶς ἦν ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ· οὕτως αἰσχρὸν πρᾶγμα συνήθεια καὶ κακίον. Κἂν γὰρ εἰς δέκα ἡμέρας κατορθώσῃς, ἐὰν γὰρ εἰς εἴκοσι, ἐὰν γὰρ εἰς τριάκοντα, οὐκ ἀγαπῶ, οὐ χάριν ἔχω, οὐ περιπτύσσομαι σε· μόνον μὴ ἀποκάμῃς, ἀλλὰ αἰσχύνου καὶ καταγίνωσκε.

^β. Πάλιν διελέχθη περὶ ἀγάπης· ἤκουσας, ἀπηλθεῖς καὶ ἤρπασας; οὐκ ἐπεδείξω διὰ τῶν ἔργων τὸν λόγον; Μὴ αἰσχυνθῆς πάλιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· αἰσχύνου ἁμαρτάνων, μὴ αἰσχύνου μετανῶν. Πρόσεχε τί ἐποιήσῃ σοι ὁ διάβολος. Δύο ταῦτα ἐστίν, ἁμαρτία καὶ μετάνοια· ἁμαρτία τραῦμα, μετάνοια φάρμακον. Ὅσπερ γὰρ ἐν τῷ σώματι τραύματα καὶ φάρμακα· οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἁμαρτήματα καὶ μετάνοια· ἀλλ' ἡ ἁμαρτία τὴν αἰσχύνῃν ἔχει, ἡ δὲ μετάνοια τὴν παρρησίαν κέκτηται. Πρόσεχε μοι μετὰ ἀκριβείας, παρακαλῶ, ἵνα μὴ τὴν τάξιν συγχέω ἀπολέσῃς τὴν ὠφέλειαν Ἔστι τραῦμα καὶ φάρμακον, ἁμαρτία καὶ μετάνοια· τὸ τραῦμα ἡ ἁμαρτία, τὸ φάρμακον ἡ μετάνοια· ἐν τῷ τραύματι σηπεδῶν, ἐν τῷ φαρμάκῳ καθαρισμὸς σηπεδόνος· ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ σηπεδῶν, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ δνειδος, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ γέλως· ἐν τῇ μετανοίᾳ παρρησία, ἐν τῇ μετανοίᾳ ἐλευθερία, ἐν τῇ μετανοίᾳ καθαρισμὸς ἁμαρτήματος. Πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας. Τῇ ἁμαρτίᾳ αἰσχύνῃν ἔσεται, τῇ μετάνοίᾳ παρρησία ἀκολουθεῖ. Προσέσχεσ ᾧ λέγω; Τὴν τάξιν ὁ Σατανῆς ἀντέστρεψε, καὶ ἔδωκε τὴν παρρησίαν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τὴν αἰσχύνῃν τῇ μετανοίᾳ. Οὐκ ἀφίσταμαι ἕως ἐσπέρας, ἕως οὐ αὐτὸ λύσω· δεῖ με τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι· ἀμῆχανόν με ἀποστήναι. Ἔστι τραῦμα καὶ φάρμακον· τὸ τραῦμα τὴν σηπεδῶνα ἔχει, τὸ φάρμακον τὴν καθαρισμὸν τῆς σηπεδόνος κέκτηται. Μὴ ἐν τῷ [343] φαρμάκῳ σηπεδῶν; μὴ ἐν τῷ τραύματι ἰασις; οὐκ ἔχει ταῦτα τὴν οἰκείαν τάξιν, κακίαι τὴν οἰκείαν; μὴ δύναται μεταθῆναι τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο, ἢ ἐκεῖνο πρὸς τοῦτο; Οὐδαμῶς. Ἐλθωμεν λοιπὸν ἐπὶ ^h τῆς ψυχῆς τῶν ἁμαρτημάτων. Ἡ ἁμαρτία τὴν αἰσχύνῃν ἔχει, ἡ ἁμαρτία τὸ δνειδος ἔχει, καὶ τὴν ἀτιμίαν συγκεκληρωμένην· ἡ μετάνοια τὴν παρρησίαν ἔχει, ἡ μετάνοια τὴν περσεῖαν

^e Savil. et Reg. ἀλλ' ἔστις μέχρι.

^f Savil. ἡ πορνεία.

^g Sic Sav. Morel. ἤκουσε μίαν ἡμέραν, πρὸς μίαν ἡμέραν.

^h Locum vitiatum Boisius conjectura sarcire miltur.

exit ovis; ingressus serpens, egreditur agnus; non mutata natura, sed expressa nequitia. Ideo frequentem de poenitentia moveo sermonem. Est enim poenitentia, molesta et formidabilis peccatori, medela delictorum, consumptio iniquitatum, effusio lacrymarum, fiducia apud Deum, armatura contra diabolum, gladius ejus caput abscindens, spes salutis, desperationis profligatio¹. Hæc cælum aperit, hæc in paradysum introducit, hæc diabolum superat (ideoque hæc de re frequenter sermonem moveo): nam fiduciam inducit ipsum posse prosterni. Peccator es? ne desperes: non desino vos jugiter hisce medicamentis allinere: etenim novi quantum contra diabolum sit telum non desperare. Si in peccatis sis, ne desperes: hæc dicendi nullum finem facio: si quotidie peccas, quotidie poenitentiam age: et quod in vetustis ædibus agere solemus, cum labefactata fuerint, quæ labefactata sunt auferimus, ac nova admovemus, nequæ usquam ab assidua cura desistimus: hoc etiam in nobis faciamus². Si inveteratus es hodie a peccato, renova teipsum per poenitentiam. Licetne, inquires, per poenitentiam salutem consequi? Plane licet. Totam vitam in peccatis contrivi, et si poenitentiam egero, salvus ero? Prorsus eris. Id unde liquet? Ab ipsa Domini tui erga homines benignitate. Num ex poenitentia tua sumo fiduciam? num poenitentia tua potest tot abstergere mala? Sane si poenitentia sola esset, jure timeres; sed quando poenitentia tua admiscetur Dei clementia, confide. Dei enim clementia nulla est mensura, neque ejus bonitas explicari sermone potest. Nam malitia quidem tua mensuram habet, remedium vero mensuram non habet; malitia tua, qualiscumque sit, humana est malitia; Dei vero clementia est immensa³: confide fore ut ea tuam vincat malitiam. Cogita mihi scintillam in pelagus cadentem: num potest illa stare, aut apparere? Quanta est scintilla cum pelago collata, tanta est malitia, si cum benignitate Dei comparetur; imo vero non tanta, sed multo major benignitas illa. Pelagus enim, magnum licet sit, mensuram habet, benignitas vero Dei nullum habet terminum.

Vitia paulatim eradicantur. — Hæc dico, non ut vos segniore reddam, sed ut diligentiores efficiam. Vos sæpe monui ne in theatra ascenderetis. Audisti, nec morem gessisti: in theatrum ascendisti, sermone meo non obtemperasti; ne te pudeat rursus ingredi, et audire. Audivi, nec observavi, quomodo possum ingredi? Interim hoc ipsum nosti, te non observasse: interim te pudet, interim erubescis; interim nemine arguente frenum circumfers; interim sermonem meum radicatum habes⁴, neque non præsentem doctrinam meam te purificat. Non observasti, condemnasti te? ex dimidia parte observasti, etiamsi non observaveris, sed dixeris tantum, non observavi: nam qui

¹ sic Savil. melius quam Morel., qui legit, *ignorantia profligatio.*

² illam propositionem addidit Savil. et nos ex Savillo.

³ Reg., *clementia vero Dei est.* Savil., *clementia autem Domini mensuram non habet.*

⁴ Savilius addit, *in mente tua.*

seipsum condemnat eo quod non observaverit, eo festinat ut observet. Respexisti? iniquitatem operatus es? meretricis captivus effectus es? descendisti de theatro, et iterum recordatus pudore affectus es? accede. Mœrore affectus es? Obsecra Deum: hucusque resurrexisti. Væ mihi, audivi et non observavi, quomodo in ecclesiam ingrediar? quomodo rursus audiam? Imo ingredere, quia non observasti, ut rursus audiens, observes. Medicamentum si tibi medicus imponat, nec te curaverit, annon insequentem die rursus apponet? Si quis lignarius quercum velit cadere, securim arripit, incidit radicem: si uno ictu infrugifera arbor non deciderit, annon addit alium? annon quartum et quintum? annon decimum? Sic et tu facito. Quercus est meretrix¹, arbor infrugifera, glandes proferens in alimoniam porcorum irrationabilium: multo tempore radices posuit in animo tuo, in arborum ambitus conscientiam tuam dejecit: sermo meus securis est. Audisti die uno. Quomodo die uno cadat² tanto radicata tempore? Si enim bis, si ter, si centies, si decies millies, nihil mirabile fuerit, ut res mala et firma, prava consuetudo, excindatur. Manna comedebant Judæi, et cepas Ægyptias requirebant: *Bene nobis erat in Ægypto (Num. 11. 18)*: ita turpis pessimaque res est consuetudo. Etsi per decem dies recte egeris, si per viginti, si per triginta, non te approbo, non tibi gratiam habeo, non te amplector: tantum ne deficias, sed te pudeat, teipsum coarguas.

2. Rursum de caritate disserui: audisti, abiisti, et rapuisti? operibus verbum non exhibuisti? Ne tamen te pudeat rursus ingredi in ecclesiam: te pudeat peccati, non te pudeat poenitentia. Attende quid tibi fecerit diabolus. Duo sunt hæc, peccatum et poenitentia: peccatum est vulnus, poenitentia vero medela. Quemadmodum enim in corpore sunt medela et vulnera: sic et in anima peccata et poenitentia; sed peccatum pudorem habet, poenitentia vero fiduciam obtinet. Attende, quæso, mihi diligenter, ne ordinem confundens utilitatem perdas. Est vulnus et remedium, peccatum et poenitentia: vulnus est peccatum, remedium poenitentia: in vulnere sanies, in remedio expurgatio sanies: in peccato sanies, in peccato probrum, in peccato risus: in poenitentia fiducia, in poenitentia libertas, in poenitentia purgatio peccati. Attende diligenter. Peccatum pudor, poenitentiam fiducia sequitur. Animadvertisti quod dico? Ordinem invertit satanas, deditque peccato confidentiam, poenitentia pudorem. Non desinam usque ad vesperam, donec illud solvero: promissum impleam oportet: non possum absistere. Est vulnus et remedium: vulnus saniem habet, remedium sanies purgationem obtinet. Num in remedio sanies? num in vulnere medela? annon et hæc et illa proprium tenent ordinem? num potest hoc ad illud, illud ad hoc transcendere? Nullo modo. Jam veniamus ad animam peccatis onustam. Peccatum probrum, peccatum pudorem ignominiamque sortitur: poenitentia fiduciam habet, poenitentia

¹ in Savil., *fornicatio, pro, meretrix.*

² Morel., *audivit die uno; intra unum diem caderet, etc.*

jejunium, pœnitentia justitiam obtinet : *Dic enim tu iniquitates tuas primus, ut justificeris (Isai. 43. 25. 26) : et, Justus in principio sermonis accusator est sui (Prov. 18. 17)*. Cum igitur sciat satanas, quod peccatum sequatur pudor, qui possit peccatorem deterrere; pœnitentia vero fiduciam habeat, quæ possit pœnitentiam allicere : ordinem invertit, deditque pœnitentiæ pudorem, peccato fiduciam. Undenam id liquet? ego dicam. Capitur quis ardenti concupiscentia publicæ meretricis; meretricem ille ceu captivus sequitur, in prostibulum ingreditur; nullo pudore, rubore nullo affectus cum meretrice congregitur, peccatumque admittit : post admissum peccatum illinc egreditur: et de pœnitentia agenda erubescit. Miser, quando cum meretrice congregiebaris, non erubescebas; at cum ad pœnitentiam accedis, tunc erubescis? Pudet eum, dic mihi. Quare cum fornicaretur non pudore affliciebatur? facinus perpetrat, et non pudore afficitur, et de verbo erubescit? Diaboli astutia est. In peccato non sinit cum erubescere, sed publice innotescere sinit; scit enim fore ut si pudore afficiatur, peccatum fugiat : in pœnitentia vero erubescere facit; novit enim eum præ pudore pœnitentiam non acturum esse. Duo mala facit, ad peccatum pellicit, et a pœnitentia arceat. Cur te jam pudet? Cum fornicareris, non erubescebas; cum remedium admoves, pudore suffunderis? cum teipsum a peccato liberas, erubescis? Tunc erubescere debebas, tunc pudeferi oportebat, cum peccares. Cum peccator fieres, non erubescebas; cum justus efficeris, erubescis? *Dic tu iniquitates tuas primus, ut justificeris (Isai. 43. 25. 26)*. Non dixit, ut non plectaris supplicio; sed, *Ut justificeris*. Annon sufficiebat ei, quod non punias eum, etiam justum efficio? Plane quidem. At sermone sedulo mentem adhibe. Justum illum efficio. Et ubinam hoc fecit? In latrone, ut hoc tantum sodali diceret : *Neque tu times Deum. Et nos quidem jure; nam digna factis recipimus (Luc. 25. 40. 41)*. Dicit et Salvator : *Hodie mecum eris in paradiso (Ibid. 43)*. Non dixit, Te a pœna et supplicio eximo, sed ipsum justum in paradisu introducit.

Confessio justum efficit. — Vidistin' justum per confessionem effectum? Admodum benignus est Deus : filio non pepercit, ut servo parceret : tradidit Unigenitum, ut ingratos servos redimeret : sanguinem Filii sui in pretium deposuit. O benignitatem Domini! Ne mihi rursum dicas : Peccavi multum, quomodo potero salutem consequi? Tu non potes, Dominus tuus potest : atque ita potest, ut deleat peccata tua. Attende diligenter : ita delet peccata, ut ne vestigium quidem eorum maneat. In corporibus non item : nam etsi medicus millies studium et remedia adhibeat, vulnus quidem e medio tollit ; sed plerumque ei, qui in facie plagam accepit, vulnus quidem curat, sed cicatrix remanet, et in argumentum vulneris vultus deformitatem circumfert : milleque modis annitur medicus cicatricem delere, sed non potest; repugnat enim infirmitas naturæ, nec non artis et remediorum imbecillitas. Contra vero Deus cum peccata delet, nec ci-

atricem relinquit, nec vestigium manere sinit, ac cum sanitate formæ decus largitur, cum immunitate a supplicio justitiam dat. cumque qui peccavit ei, qui non peccavit, parem efficit. Tollit enim peccatum, atque id efficit ut neque sit, neque factum fuerit ; ita scilicet universim delet illud : non manet cicatrix, non vestigium, non argumentum, non signum.

3. Id undenam liquet? Dictorum enim demonstrationes exhibere debeo, ita ut non meam proferam sententiam, sed ex Scripturis demonstrarem, ut res certa indubitataque maneat. Induco igitur vobis homines vulneribus sauciatos, populum integrum homines plenos ulceribus, sanie, vernibus, qui nihil aliud quam vulnus et ulcus sint : qui tamen ita curari possint, ut nec cicatrix, nec vestigium, nec signum supersit : homines qui non unum, non duo, non tria, non quatuor vulnera habeant, sed a capite ad pedes toti vulnus sint. Attende diligenter orationi : est enim hic sermo noster communis atque salutaris. Medicamenta parò medicorum remediis præstantiora, quæ ne reges quidem adornare possunt. Quid rex potest? E carcere eruere, a gehenna autem eximere non potest : pecunias largiri, animam vero servare non valet. Sed in manus pœnitentiæ vos trado, ut vim ejus ediscatis, ut discatis peccatum non ei prævalere, neque ullam esse iniquitatem, quæ vim ejus superare possit. Interim induco non unum, non duos, non tres, sed pluries millenos homines, vulneribus ulceribusque plenos, innumeris peccatis onustos, qui pœnitentiam ita salutem consequi potuere, ut neque vestigium neque cicatrix priorum ulcerum remaneret. Verum diligenter attendite sermone, neque solum attendite, sed etiam ea, quæ dicuntur, memoriæ mandate, ut absentes instituatis, et eos, qui utilitate sermonis hujus destituti sunt, diligentiores reddatis. Accedat igitur ille Seraphinorum spectator Isaias, qui mysticam illam melodiam audivit, qui infinita de Christo prædixit. Quid dicat percontemur : *Visio, quam vidit Isaias adversus Judæam et adversus Jerusalem (Isai. 4. 1)*. Dic visionem, quam vidisti. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est (Ibid. 2)*. Alia pollicitus es, et alia dicis. Quenam alia pollicitus sum? Principio dicis, Visio adversus Judæam, et adversus Jerusalem, et missa Judæa atque Jerusalem, cælum alloqueris, et ad terram sermonem declinas : rationales homines missos facis, et cum irrationabilibus elementis verba conseris? Quia nempe irrationabilibus rationabiliores facti sunt rationabiles illi : neque ideo tantum, sed quia cum introducturus eos esset Moyses in terram promissionis, et quæ futura erant prævideret, quod nimirum quæ sibi tradita fuerant contempturi essent : *Audi, cælum, inquit, et attendat terra verba ex ore meo (Deut. 32. 1)*. Contestor vobis cælum et terram, inquit Moyses, quod si ingressi fueritis in terram promissionis, et dereliqueritis Dominum Deum, futurum sit ut dispergimini in omnes gentes. Venit Isaias : futurum erat ut comminatio in opus prodiret : non poterat Moysem evocare, nec eos, qui ipsum audierant, utpote defunctos; et elementa advo-

μετάνοια τὴν δικαιοσύνην κέκτηται· Ἄγε γὰρ σμάς σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς· καὶ, Δί-
 εαυτοῦ κατηγοροῦ ἐν πρωτολογία. Εἰδὼς οὖν ὁ
 ἰς, ὅτι ἡ μὲν ἀμαρτία ἔχει τὴν αἰσχύνην, πρᾶγμα
 ἀποκρούσαι τὸν ἀμαρτάνοντα δυνάμενον, ἡ δὲ με-
 ἔχει τὴν παύρησιαν, πρᾶγμα ἱκανὸν ἐπισπάσαι
 μετανοοῦντα, ἐνήλλαξε τὴν τάξιν, καὶ ἔδωκε
 γούνην τῇ μετανοίᾳ, καὶ τὴν παύρησιαν τῇ ἀμαρ-
 ἴδεν τοῦτο; ἐγὼ λέγω. Ἄλίσκεται τις ὑπὸ ἐπιθυ-
 ᾶλεπῆς πρὸς πάνδημον πόρνην· ἀκολουθεῖ τῇ
 ὡς αἰχμάλωτος· εἰσέρχεται εἰς τὸ καταγύγιον·
 χυνόμενος, οὐκ ἐρυθρίων συμπλέκεται τῇ πόρνη,
 εἰ τὴν ἀμαρτίαν· οὐδαμοῦ αἰσχύνῃ αὐτῷ, οὐδαμοῦ
 ἰ· ἐξέρχεται ἐκείθεν μετὰ τὸ τέλος τῆς ἀμαρτίας,
 μετανοήσῃ αἰσχύνεται. Ἄθλιε, ὅτε περιπλέκου-
 νη, οὐκ ἠσχύνου, ἀλλ' ὅτε ἤλθες μετανοῆσαι, τότε
 ἡ; Αἰσχύνεται, εἰπέ; εἰς τί ὅτε ἐπόρνευσεν οὐκ
 το; Τὸ πρᾶγμα πράττει, καὶ οὐκ αἰσχύνεται, καὶ
 α ἐρυθρίᾳ; Διαδόλου δὲ ἐστὶ κακουργία αὕτη. Ἐν
 φρεῖ οὐκ ἀφήσιν αὐτὸν αἰσχύνεσθαι, ἀλλὰ δημο-
 και· οἶδε γὰρ, ὅτι ἐὰν αἰσχυνθῆ, φεύγει τὴν ἀμαρ-
 τῇ μετανοίᾳ ποιεῖ αὐτὸν αἰσχύνεσθαι, οἶδε γὰρ
 ρυόμενος οὐ μετανοεῖ. Δύο κακὰ ποιεῖ, καὶ εἰς
 ἰρτίαν ἔλκει, καὶ τὴν μετάνοιαν ἐπέχει. Τί αἰσχύ-
 ὄν; Ὅτε ἐπόρνευες, οὐκ ἠσχύνου· ὅτε τὸ φάρ-
 ιπιτίθης, αἰσχύνῃ; ὅτε ἀπαλλάττε; ἑαυτὸν ἀμαρ-
 σχύνῃ; Τότε ὠφείλεις αἰσχύνεσθαι, τότε ἔδει σε
 σθαι, ὅτε ἡμάρτανες. Ὅτε ἐγίνου ἀμαρτωλὸς,
 χόνου· ὅτε γίνῃ δίκαιος, αἰσχύνῃ; Λέγε εἰς
 σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς. Ὁ φιλανθρωπία
 ου. Οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ κολασθῆς, ἀλλ' ἵνα δι-
 ις· οὐκ ἔρκει αὐτῷ, ὅτι οὐ κολάζεις αὐτόν, ἔτι
 κιον ποιεῖς; Καὶ πάνυ. Ἄλλὰ πρόσχε μετὰ ἀκρι-
 ῶ λόγῳ. Δίκαιον αὐτὸν ποιῶ. Καὶ ποῦ τοῦτο
 ν; Ἐπὶ τοῦ ἴησοῦ, ἵνα εἴπῃ μόνον ἐκεῖνο, Οὐδὲ
 τὸ τὸν Θεόν, τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς μὲν
 ς· ἄξια γὰρ ὡν ἐκράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.
 τρὸς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν
 κθεισῶ. Οὐκ εἶπεν, Ἄπαλλάττω σε κολάσεως
 ωρίας, ἀλλ' εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει αὐτὸν δι-

; ἀπὸ ἐξομολογήσεως δίκαιον γενόμενος; Πολύ
 κωπός ἐστιν ὁ Θεός· Υἱοῦ οὐκ ἐφέσατο, ἵνα δού-
 σσηται· παρέδωκε τὸν Μονογενῆ, ἵνα ἀγοράσῃ
 ἄγνωμονας· τὸ αἷμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τιμὴν
 λεν. Ὁ φιλανθρωπία Δεσπότης. Καὶ μὴ μοι λέγε
 Ἡμαρτον πολλὰ, καὶ πῶς δυνήσομαι σωθῆναι;
 ὕνασαι, ὁ Δεσπότης σου δύναται, καὶ οὕτως ὡς
 αι τὰ [344] ἀμαρτήματα. Πρόσχε μετὰ ἀκριβείας
 ρ· οὕτως ἐξαλείφει τὰ ἀμαρτήματα, ὡς μήτε ἴχνος
 μέναι. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων οὐκ ἐνὶ τοῦτο,
 ἐν μυριάκις σπουδᾷ ὁ ἰατρός, καὶ φάρμακα
 ῶ τραύματι, τὸ μὲν τραῦμα ἠφάνισεν· ἀλλὰ
 ις ἐπλήγη τις εἰς τὴν ὄψιν, καὶ τὸ μὲν τραῦμα
 σεν, ἡ δὲ οὐλὴ ἐναπέμεινεν, ἐλεγχον τοῦ τραύμα-
 κφέρουσα τὴν ἀμορφίαν τῆς ὄψεως· καὶ φιλονει-
 κία ὁ ἰατρός ἐξαλείφει καὶ τὴν οὐλὴν, οὐ δύναται
 ἰπίπτει γὰρ αὐτῷ ἡ ἀσθένεια τῆς φύσεως, καὶ

τὸ ἀνίσχυρον τῆς τέχνης, καὶ τὸ εὐτελὲς τῶν φαρμάκων.
 Ὁ δὲ Θεὸς ὅταν ἐξαλείφῃ τὰ ἀμαρτήματα, οὐδὲ οὐλὴν
 ἀφήσιν, οὐδὲ ἴχνος συγχωρεῖ μέναι, ἀλλὰ μετὰ τῆς
 ὑγείας καὶ τὴν εὐμορφίαν χαρίζεται, μετὰ τῆς ἀπαλα-
 γῆς τῆς κολάσεως καὶ δικαιοσύνην δίδωσι, καὶ ποιεῖ τὸν
 ἡμαρτηκότα ἴσον εἶναι τῷ μὴ ἡμαρτηκότῳ. Ἄναιρεῖ γὰρ
 τὸ ἀμάφτημα, καὶ ποιεῖ αὐτὸ μηδὲ εἶναι, μηδὲ γεγενῆ-
 ναι· οὕτω καθόλου αὐτὸ ἀναιρεῖ· οὐκ οὐλὴ, οὐκ ἴχνος,
 οὐκ ἐλεγχος, οὐ δεῖγμα.

γ'. Καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο; Ὅν γὰρ ἐγὼ λέγω, καὶ τὰς
 ἀποδείξεις ὀφείλω παρασχέσθαι, ὥστε μὴ ἀποφαινεσθαι
 μόνον, ἀλλ' ἀποδεικνύναι ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ἵνα ἀσφαλῆς
 μείνῃ ἡ πληροφασία. Εἰσάγω οὖν ὑμῖν ἀνθρώπους τε-
 τραυματισμένους, δῆμον ὀλόκληρον, ἔλκων γέμοντας,
 σηπαθόνος, σκαλήκων, ὄλον τραῦμα ὄντας, ὄλον ἔλκος,
 καὶ οὕτω δυναμένους θεραπευθῆναι, ὡς μὴ μέναι οὐλὴν,
 ὡς μὴ μέναι ἴχνος, ὡς μὴ μέναι δεῖγμα· οὐκ ἔν ἔχον-
 τας τραῦμα, οὐ δύο, οὐ τρία, οὐ τέσσαρα, ἀλλ' ἀπὸ πο-
 δῶν ἕως κεφαλῆς τραῦμα ὄντας. Πρόσχε μετὰ ἀκρι-
 βείας τῷ λόγῳ· κοινὸς γὰρ ὁ λόγος οὗτος ἡμῶν καὶ σω-
 τήριος. Φάρμακα κατασκευάζω τῶν ἰατρῶν βελτίονα,
 οἷα οὕτε βασίλεις κατασκευάσαι δύναται. Βασίλειος τί
 δύναται; Δεσμωτηρίου ἐκβαλεῖν, γέννησις δὲ ἐλευθερω-
 σαι οὐ δύναται· χρήματα χαρίσασθαι, ψυχὴν δὲ σώσαι
 οὐ δύναται. Ἄλλὰ τῇ χειρὶ τῆς μετανοίας ὑμᾶς ἐγγει-
 ρίζω, ἵνα μάθητε αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἵνα μάθητε αὐτῆς
 τὴν ἰσχύν, ἵνα μάθητε ὅτι οὐ περιγιγνεται αὐτῆς ἀμάρ-
 τημα, οὐδὲ ἐστὶ παρανομία ἰσχύουσα περιγενέσθαι αὐ-
 τῆς τῆς δυνάμεως. Τέως εἰσάγω οὐχ ἕνα, οὐ δύο, οὐ
 τρεῖς, ἀλλὰ χιλιάδας πολλὰ; ἠλωμορφίαν, τετραυματι-
 σμένους, μυρίων ἀμαρτημάτων γεμούσας, ἀπὸ τῆς μετα-
 νοίας δυναμένας σωθῆναι, ὡς μηδὲ ἴχνος, μηδὲ οὐλὴν
 ἔχειν τῶν ἔλκων τῶν προτέρων. Ἄλλὰ προσέχετε μετὰ
 ἀκριβείας τῷ λόγῳ, καὶ μὴ προσέχετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ
 μνήμῃ παραδίδοτε τὰ λεγόμενα, ἵνα καὶ τοὺς ἀπολει-
 φθέντας συμβιβάσητε, καὶ οὕτω τῇ ὠφελείᾳ τῶν εἰρη-
 μένων ἐρήμους ὄντας σπουδαιοτέρους καταστήσητε,
 Παρῆστον τοῖσιν Ἡσαίας ὁ τῶν Σεραφίμ θεωρὸς, ὁ τὸ
 μυστικὸν μέλος ἀκούσας ἐκεῖνο, ὁ μυρία περὶ τοῦ Χρι-
 στοῦ προειπὼν· ἐρωτήσωμεν τί φησιν· Ὅρασις ἦν εἰ-
 δον Ἡσαίας κατὰ τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ τῆς Ἰε-
 ρουσαλήμ. Εἰπέ τὴν δρασιν ἦν εἶδες, Ἄκουε, οὐ-
 ρανῆ, καὶ ἐνωτίξου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Ἄλλα
 ἐπηγγέλω, καὶ ἄλλα λέγεις. [345] Ποῖα ἄλλα ἐπηγ-
 γειλάμην; Ἀρχόμενος λέγεις· Ὅρασις κατὰ τῆς
 Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἰερουσαλήμ, καὶ ἀφείξ τὴν
 Ἰουδαίαν, καὶ τὴν Ἰερουσαλήμ, οὐρανῶ προσδιαιλήγῃ,
 καὶ ἐπὶ τὴν γῆν ἐκκλίνας τὸν λόγον, ἀφήκας τοὺς λογι-
 κοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῖς ἀλόγοις στοιχείοις διαλέγῃ;
 Ἐπειδὴ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι οἱ λογικοὶ ἐγένοντο· οὐ
 διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλων ὁ Μωϋσῆς εἰσ-
 ἀγειν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ἀφορῶν
 τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὅτι τὰ παραδεδομένα ἔμελλον παρ-
 ἰδειν. Ἄκουε, οὐρανῆ, φησὶ, καὶ προσέχετω γῆ ρή-
 ματα ἐκ στόματός μου, Διαμαρτύρομαι ὑμῖν τὸν οὐρα-
 νὸν καὶ τὴν γῆν, ὁ Μωϋσῆς φησιν, ὅτι ἐὰν εἰσέλθῃτε εἰς
 τὴν γῆν ἐπαγγελίας, καὶ ἐγκαταλείπητε Κύριον τὸν
 Θεόν, ἔχετε διασκεδασθῆναι εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Ἐλθεν
 Ἡσαίας, ἐμείλιν ἡ ἀπειλὴ εἰς ἔργον ἐκφέρεσθαι· οὐκ
 ἤβουνο Μωϋσῆα καλέσαι τὸν ἀποθανόντα, καὶ τοὺς τότε
 ἀκούσαντας καὶ τελευτήσαντας, καὶ καλεῖ τὰ στοιχεῖα,

Sav. in Mor. quaedam desunt. Reg. hmc vitata

Jejunium, pœnitentia justitiam obtinet : *Dic enim tu iniquitates tuas primus, ut justificeris (Isai. 43. 25. 26) : et, Justus in principio sermonis accusator est sui (Prov. 18. 17)*. Cum igitur sciat satanas, quod peccatum sequatur pudor, qui possit peccatorem deterrere; pœnitentia vero fiduciam habeat, quæ possit pœnitentiam allicere : ordinem invertit, deditque pœnitentiæ pudorem, peccato fiduciam. Undenam id liquet? ego dicam. Capitur quis ardenti concupiscentia publicæ meretricis; meretricem ille ceu captivus sequitur, in prostibulum ingreditur; nullo pudore, rubore nullo affectus cum meretrice congregitur, peccatumque admittit : post admissum peccatum illinc egreditur: et de pœnitentia agenda erubescit. Miser, quando cum meretrice congregiebaris, non erubescebas; at cum ad pœnitentiam accedis, tunc erubescis? Pudet eum, dic mihi. Quare cum fornicaretur non pudore affliciebatur? facinus perpetrat, et non pudore afficitur, et de verbo erubescit? Diaboli astutia est. In peccato non sinit cum erubescere, sed publice innotescere sinit; scit enim fore ut si pudore afficiatur, peccatum fugiat : in pœnitentia vero erubescere facit; novit enim eum præ pudore pœnitentiam non acturum esse. Duo mala facit, ad peccatum pellicit, et a pœnitentia arcet. Cur te jam pudet? Cum fornicareris, non erubescebas; cum remedium admoves, pudore suffunderis? cum teipsum a peccato liberas, erubescis? Tunc erubescere debebas, tunc pudeferi oportebat, cum peccares. Cum peccator fieres, non erubescebas; cum justus efficeris, erubescis? *Dic tu iniquitates tuas primus, ut justificeris (Isai. 43. 25. 26)*. Non dixit, ut non plectaris supplicio; sed, *Ut justificeris*. Annon sufficiebat ei, quod non punias eum, etiam justum efficis? Plane quidem. At sermone sedulo mentem adhibe. Justum illum efficio. Et ubinam hoc fecit? In latrone, ut hoc tantum sodali diceret : *Neque tu times Deum. Et nos quidem jure; nam digna factis recipimus (Luc. 23. 40. 41)*. Dicit et Salvator : *Hodie necum eris in paradiso (Ibid. 43)*. Non dixit, Te a pœna et supplicio eximo, sed ipsum justum in paradisu introducit.

Confessio justum efficit. — Vidistin' justum per confessionem effectum? Admodum benignus est Deus : filio non pepercit, ut servo parceret : tradidit Unigenitum, ut ingratos servos redimeret : sanguinem Filii sui in pretium deposuit. O benignitatem Domini! Ne mihi rursum dicas : Peccavi multum, quomodo potero salutem consequi? Tu non potes, Dominus tuus potest : atque ita potest, ut deleat peccata tua. Attende diligenter : ita delet peccata, ut ne vestigium quidem eorum maneat. In corporibus non item : nam etsi medicus millies studium et remedia adhibeat, vulnus quidem e medio tollit; sed plerumque ei, qui in facie plagam accepit, vulnus quidem curat, sed cicatrix remanet, et in argumentum vulneris vultus deformitatem circumfert : milleque modis annitur medicus cicatricem delere, sed non potest; repugnat enim infirmitas nature, nec non artis et remediorum imbecillitas. Contra vero Deus cum peccata delet, nec ci-

atricem relinquit, nec vestigium manere sinit, ac cum sanitate formæ decus largitur, cum immunitate a supplicio justitiam dat, cumque qui peccavit ei, qui non peccavit, parem efficit. Tollit enim peccatum, atque id efficit ut neque sit, neque factum fuerit; ita scilicet universim delet illud : non manet cicatrix, non vestigium, non argumentum, non signum.

3. Id undenam liquet? Dictorum enim demonstrationes exhibere debeo, ita ut non meam proferam sententiam, sed ex Scripturis demonstrarem, ut res certa indubitataque maneat. Induco igitur vobis homines vulneribus sauciatos, populum integrum homines plenos ulceribus, sanie, vermibus, qui nihil aliud quam vulnus et ulcus sint : qui tamen ita curari possint, ut nec cicatrix, nec vestigium, nec signum supersit : homines qui non unum, non duo, non tria, non quatuor vulnera habeant, sed a capite ad pedes toti vulnus sint. Attende diligenter orationi : est enim hic sermo noster communis atque salutaris. Medicamenta parò medicorum remediis præstantiora, quæ ne reges quidem adornare possunt. Quid rex potest? E carcere eruere, a gehenna autem eximere non potest : pecunias largiri, animam vero servare non valet. Sed in manus pœnitentiæ vos trado, ut vim ejus ediscatis, ut discatis peccatum non ei prævalere, neque ullam esse iniquitatem, quæ vim ejus superare possit. Interim induco non unum, non duos, non tres, sed pluries millenos homines, vulneribus ulceribusque plenos, innumeris peccatis onustos, qui pœnitentiam ita salutem consequi potuere, ut neque vestigium neque cicatrix priorum ulcerum remaneret. Verum diligenter attendite sermone, neque solum attendite, sed etiam ea, quæ dicuntur, memoriæ mandato, ut absentes instituatis, et eos, qui utilitate sermonis hujus destituti sunt, diligentiores reddatis. Accedat igitur ille Seraphinorum spectator Isaias, qui mysticam illam melodiam audivit, qui infinita de Christo prædixit. Quid dicat percontemur : *Visio, quam vidit Isaias adversus Judæam et adversus Jerusalem (Isai. 1. 1)*. Dic visionem, quam vidisti. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est (Ibid. 2)*. Alia pollicitus es, et alia dicis. Quænam alia pollicitus sum? Principio dicis, Visio adversus Judæam, et adversus Jerusalem, et missa Judæa atque Jerusalem, cælum alloqueris, et ad terram sermonem declinas : rationales homines missos facis, et cum irrationabilibus elementis verba conseris? Quia nempe irrationabilibus rationabiliores facti sunt rationabiles illi : neque ideo tantum, sed quia cum introductorus eos esset Moyses in terram promissionis, et quæ futura erant prævideret, quod nimirum quæ sibi tradita fuerant contempturi essent : *Audi, cælum, inquit, et attendat terra verba ex ore meo (Deut. 32. 1)*. Considero vobis cælum et terram progressi fueritis in terram Dominum Deum, futuram gentes. Venit Isaias : prodiret : non pot ipsum audierant,

ἄπερ διεμαρτύρητο Μωϋσῆς. Ἰδοὺ ἐξεβλήθητε τῆς ἐπαγγελίας, ὡ Ἰουδαῖοι· ἰδοὺ ἐγκαταλειώπατε τὸν Θεόν· πῶς σε καλέσω, Μωϋσῆ· ἀπέθανες γὰρ καὶ ἐτελεύτησας. Πῶς καλέσω τὸν Ἀαρών; κἀκεῖνος τελευτῆ παρεδόθη. Οὐκ ἔχεις πῶς καλέσαι ἄνθρωπον; Κάλεσον τὰ στοιχεῖα. Διὰ γὰρ τοῦτο καγὼ ζῶν οὐχὶ τὸν Ἀαρών μόνον, καὶ τόνδε καὶ τόνδε διεμαρτυράμην, ἐπειδήπερ ἐμελλον τελευτῆν, ἀλλὰ καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ μένοντα διεμαρτύρημαι ὑμῖν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Λέγει οὖν ὁ Ἡσαίας· Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ. Ὑμᾶς γὰρ ἐνετείλατο Μωϋσῆς καλέσαι σήμερον. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὰ καλεῖ τὰ στοιχεῖα, ἀλλ' ἐπειδὴ διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. Ἄκουε, οὐρανέ, σὺ γὰρ τὸ μάννα κατήνεγκας· Ἐνωτίζου, ἡ γῆ, σὺ γὰρ τὴν ὄρυγομητῆραν ἔδωκας. Ἄκουε, οὐρανέ, ἄκουε· σὺ γὰρ τὸ μάννα κατήνεγκας, σὺ γὰρ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐπέδειξαι· ἄνω ἦς, καὶ ἄνωνα ἐμίμησας. Ἐνωτίζου, γῆ· σὺ γὰρ κάτω ἦς, καὶ τράπεζαν ἐσχεδιασμένην κατεσκευάσας Ἡρῆι ἡ φύσις, καὶ εἰργάζετο ἡ χάρις· οὐδὲ βοῶν ἐργασία, καὶ ὁ στάχυς παρσκευασμένος· οὐ μαγείρων χεῖρες, οὐκ ἐπίταγμα, ἀλλ' ἦν τὸ μάννα πάντα γινόμενον, πηγὴ ἡγιασμένη· ἡ φύσις τῆς οικείας ἀσθενείας ἐπελάθετο. Πῶς τὰ ἰμάτια αὐτῶν οὐ κατετριβή; πῶς τὰ ὑποδήματα αὐτῶν οὐκ ἐπαλαιώθησαν; Πάντα ἐγένοντο πρὸς τὴν τούτων διακονίαν. Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ. Μετὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῶν εὐσεργεσιῶν ἐκείνων, ὑβρίζεται ὁ Δεσπότης. Τίνι ἐντύχω; ἢ ὑμῖν; Ἀνθρώπων οὐκ ἔχω τὸν ἀκούοντα. Ἰδοὺ ἤλθοι, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐλάλησα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀκουσόμενος. Τοῖς ἀλόγοις διαλέγομαι, ἐπειδὴ οἱ λογικοὶ εἰς ἀλόγων εὐτέλειαν κατηνέχθησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἄλλος προφήτης βλέπει τὸν βασιλέα μαινόμενον, τὸ εἰδῶλον θεραπευόμενον, τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον, τοὺς ἄλλους ἅπαντας κατεπηχότας, καὶ λέγει· Ἄκουσον, θυσιαστήριον, ἀκουσόν μου. Λίθω διαλέγη; Ναί· ἐπειδὴ λίθου ἀναισθητότερος ὁ βασιλεύς. Ἄκουσόν μου, θυσιαστήριον, ἀκουσον· τάδε λέγει Κύριος. Καὶ εὐθέως διεσχίσθη τὸ θυσιαστήριον· καὶ ὁ λίθος ἤκουσεν, ὁ λίθος ἐβράβη, καὶ ἐξέχευε τὴν θυσίαν. Πῶς οὐκ ἤκουσεν ὁ ἄνθρωπος; Ἐξέτεινε [346] τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀρπάσαι τὸν προφήτην· καὶ τί ποιεῖ ὁ Θεός; Ἐξήραναν αὐτοῦ τὴν χεῖρα. Βλέπει τί ἐποίησε, βλέπει φιλανθρωπίαν Δεσπότη, καὶ ἀμαρτίαν δούλου. Διὰ τί ἐξ ἄρχῆς οὐκ ἐξήραναν αὐτοῦ τὴν χεῖρα; Ἴνα τῷ πάθει τοῦ λίθου σωφρονέστερος γένηται. Εἰ γὰρ μὴ ἐσχίσθη ὁ λίθος, ἐφειδόμεν σου· ἐπειδὴ δὲ διεσχίσθη ὁ λίθος, καὶ σὺ οὐ διωρθώθης, ἐπὶ σὲ φέρω τὴν ὄργην. Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα ἀρπάσαι τὸν προφήτην, καὶ ἐξηράνθη ἡ χεῖρ. Εἰστήκει τὸ τρώπαιον· δορυφόροι τοσοῦτοι καὶ στρατηγοὶ καὶ βοήθεια πολλή, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ συστειλαὶ οὐκ ἠδύναντο· ἀλλ' εἰστήκει ἡ χεῖρ φωνῆν ἀφίεσα, στηλιτεύουσα τῆς ἀσεβείας τὴν ἦτταν, καὶ ἀσεβείας τὸ τρώπαιον, τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, κἀκεῖνου τὴν ἀπόνοιαν. Καὶ συστειλαὶ αὐτὴν οὐκ ἠδύναντο.

δ. Ἄλλ' ἴνα μὴ λόγον ἐκ λόγου ὑφαίνοντες τῆς ὑποθέσεως ἐπιλαθώμεθα, φέρε οὖν ἃ ἐπιγγεγυλάμεθα δεῖξωμεν. Τί δὲ ἐπιγγεγυλάμην; Ὅτι εἰ μυρία τραύματά τις ἔχει, μετανοήσει δὲ καὶ ποιήσει τὸ χρηστὸν, οὕτως αὐτὰ ἐξαλείφει ὁ Θεός, ὡς μὴδὲ οὐλὴν, μὴδὲ ἴχνος, μὴδὲ δείγμα φαίνεσθαι τῶν προτέρων ἀμαρτημάτων· ταῦτα ὑποσχόμενος, ταῦτα ἐπιδείξει πειράσσομαι. Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Εἰπέ μοι τί

ἐλάλησεν; Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὄψωσα, αὐτοὶ δὲ μὴ ἠθέτησαν. Ἐγὼ βοῦς τὸν κτησόμενον, [ἀλόγων ἀλογώτεροι,] καὶ ὄνος τὴν φάτιν τοῦ κυρίου αὐτοῦ [ἄνω ἀνωδέστεροι.] Ἰσραὴλ δὲ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν. Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλῶν. Διὰ τί φησιν, οὐκ ἐνὶ σωτηρίας ἐλπίς; Οὐαὶ διὰ τί λέγεις, εἰπέ μοι; Ὅτι οὐκ εὐρίσκω ἴασιν. Οὐαὶ διὰ τί λέγεις; Ὅτι ἐπέθηκα φάρμακα, καὶ οὐκ εἶξε τὸ ἔλκος· διὰ τοῦτο ἀπεστράφη. Τί οὖν ἔχω ποιῆσαι; οὐδὲ θεραπεῦσαι μποῖω^α. Οὐαὶ. Θρηνοῦσαν γυναῖκα μιμνῆται· καὶ κλιῶς ποιεῖ. Παρακαλῶ, προσέχετε μοι μετὰ ἀκριβείας. Οὐαὶ, διὰ τί; Ἐπειδὴ καὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ σωμάτων γίνεται. Ὅταν γὰρ ἴδῃ ὁ ἰατρὸς τὸν νοσοῦντα οὐκ ἔχοντα σωτηρίας ἐλπίδα, δακρύει, καὶ οἱ οικεῖοι καὶ προσήκοντες ὀλοφύρομενοι στενάτθουσιν· ἀλλ' ἐκεῖ εἰκῆ καὶ μάτην. Ὅταν γὰρ μέλλῃ τελευτῆν ὁ τελευτῶν, κἀν ὁ κόσμος ὅλος θρηνησῆ, οὐκ ἔγερει αὐτόν· ὥστε πένθους ὁ θρῆνος, οὐ διορθώσεως. Ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἐὰν θρηνησῆς, πολλάκις ἐγείρει τὸν νεκρὸν τῇ ψυχῇ. Διὰ τί; Ὅτι τὸ σῶμα μὲν ἀποθανόν, οὐκ ἐγείρεται δυνάμει ἀνθρωπίνῃ, ψυχὴ δὲ ἀποθανοῦσα διορθώσει ἐγείρεται. Ἐπεὶ πόρνον, καὶ θρήνησον· καὶ ἐγείρει αὐτὸν πολλάκις. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος οὐκ ἔγραφε μόνον, οὐδὲ παρήγει, ἀλλὰ καὶ ἐθρήνει μετὰ δακρύων, νοουθετῶν ἕνα ἕκαστον. Ἐστὶ νοουθετεῖς, τί καὶ δακρύεις; Ἴνα ἐὰν μὴ ἰσχύσῃ ἡ νοθεσία, τὰ δάκρυα βοηθήσῃ. Οὕτω καὶ ὁ προφήτης θρηνῶ. Ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἰδὼν τὴν Ἱερουσαλήμ πεπτωκυῖαν λέγει· Ἱερουσαλήμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφῆτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς σὲ. Ἀνακαλεῖται τὴν πόλιν πεπτωκυῖαν, καὶ μιμνῆται ἄνθρωπον θρηνοῦντα. Καὶ ὁ προφήτης· Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλῶν, λαός πλήρης ἀμαρτιῶν· μὴ ἔχει ὄγκος τὸ σῶμα. Εἶδες αὐτοὺς ἠλωκωμένους; Σπέρμα [347] ποτηρῶν, υἱοὶ ἀνομοί. Διὰ τί θρηνεῖς, εἰπέ μοι; Ἐγκατέλιπτε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν Ἄγιον τοῦ Ἰσραὴλ. Τί ἐτι πληγῆτε; Τί ἔχω ὑμᾶς πληγῆσαι; λιμῆ, ἢ λοιμῶ; Πᾶσα τιμωρία ἤλθε, καὶ ἡ κακία ὑμῶν οὐκ ἐν ἡλώθῃ. Προστιθέτετε ἀνομίας. Πᾶσα κεφαλῆεις πόρνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. Οὐκ ἐνὶ τραῦμα, οὐ μὴ μάλωψ. Καὶνὰ^β πράγματα. Πρὸ μικροῦ ἔλεγε· Σπέρμα ποτηρῶν, υἱοὶ ἀνομοί, ἐγκατέλιπτε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν Ἄγιον τοῦ Ἰσραὴλ· καὶ, Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλῶν! Θρηνεῖς, κόπη, ὀδύρη, καταλῆγος τὰ τραύματα, καὶ ἐπανιών λέγεις, Ὅντε τραῦμα, οὔτε μάλωψ; Πρόσεχε· τραῦμα τότε γίνεται, ὅταν τὸ μὴ ἄλλο μέρος τοῦ σώματος ὑγιαίῃ, ἐν δὲ μέρος τοῦ σώματος ἀναίσθητον μένῃ· ἐνταῦθα^γ δὲ λέγει, ὅτι ὅταν τραῦμά ἐστιν. Ὅντε τραῦμα, οὔτε μάλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, ἀλλὰ ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἐπιμάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμοις. Ἡ γῆ ὑμῶν ἐρημος, αἱ πόλεις πυρὶκαυστοί, τὴν χάριν ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσι. Πάντα ταῦτα ἐποίησα, καὶ ὑμεῖς οὐ διορθώθητε· πάντα ἐποίησα τὰ τῆς τέχνης, ὁ δὲ νοσερός μένει νεκρός. Δεῦτε, ἀκούσατε λόγον Κυρίου, οἱ ἄρχοντες Σοδομῶν καὶ Γομόρρας. Τί μοι πληθὸς τῶν θυσιῶν ὑμῶν; Τί οὖν; Σοδομῆνοὶ διαλέγεται; Οὐχί, ἀλλὰ Ἰουδαίους Σοδομῆνοὺς καλεῖ·

^α Savil. οὐ δύναμαι θεραπεῦσαι.

^β Sic Savil. At Morel. κενά.

^γ Savil. σώματος; ἐχ. τραῦμα ἐνταῦθα.

cat, quæ contestatus erat Moyses. Ecce a promissione excidistis, o Judæi: ecce dereliquistis Deum. Quo pacto te advocabo, Moyses? defunctus enim es, et vitam obtulisti. Quo pacto item Aaronem evocabo? ille quoque mortem appetivit. Non potes hominem evocare? evoca elementa. Idcirco enim et ego dum viverem, non Aaronem solum, non illum et illum contestabar, quia obituri erant; sed elementa, quæ manent, nempe cælum et terram, contestor. Ait igitur haïas, *Audi, cælum, et auribus percipe, terra.* Vos enim jussit Moyses hodie advocare. Neque hanc solum ob causam vocat elementa, sed quia Judæos alloquebatur. *Audi, cælum;* tu enim manna demisisti: *Auribus percipe, terra;* tu namque coturnicem dedisti. *Audi, cælum,* audi: tu enim manna demisisti; tu enim quæ supra naturam erant exhibuisti: sursum eras, et aream imitabaris. *Auribus percipe, terra:* tu enim deorsum eras, et extemporalem mensam parasti. Otiosa erat natura, et gratia operata est: boum nullus erat labor, et spica proferebatur: non coquorum manus, non jussum aderat: sed manna fontis sancti instar omnium vicem supplebat: natura propriæ infirmitatis obliscebatur. Quo pacto ipsorum vestes detritæ non sunt? Quomodo ipsorum calceamenta non sunt vetustate consumpta? Omnia ad illorum ministerium inserviebant. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra.* Post tot monita, post tot beneficia, contumelia afficitur Dominus. Quem alloquar? num vos? Neminem qui audiat habeo. *Ecce veni, et nullus erat homo: loquutus sum, nec erat qui audiret.* Irrationabilia alloquar, quandoquidem rationabiles ad irrationabilium vilitatem delapsi sunt. Quamobrem alius propheta videt furentem regem, idolum cultu honoratum, Deum contumelia affectum, alios omnes attonitos, et dicit: *Audi me, altare, audi me* (3. Reg. 15. 2). Lapidem ne alloqueris? Etiam: quandoquidem rex minus est compos sensuum, quam lapis. *Audi me, altare, audi; hæc dicit Dominus.* Et statim altare diruptum est: et lapis audivit, lapis diruptus est, et sacrificium effudit. Quomodo non audivit homo? Extendit manum suam, ut raperet prophetam: et quid facit Deus? Arefecit ejus manum. Vide quidnam fecerit, vide Domini clementiam, et servi peccatum. Quare non ab initio manum ejus arefecit? Ut dirupto lapide resipisceret. Etenim si lapis diruptus non fuisset, tibi perpercissem: quia vero discissus est lapis, et tu non emendatus es, iram in te transfero. Extendit manum ut raperet prophetam, et arefacta est manus. Erectum erat tropæum: aderant tot satellites et duces exercitus, auxilium ingens, et manum ejus contrahere non poterant; sed stabat manus voce declarans impietatis profligationem, pietatis tropæum, Dei erga homines benignitatem, illius insaniam. Et illam contrahere non poterant.

4. Verum ne verbum ex verbo texentes argumenti obliviscamur, age quæ polliciti sumus ostendamus. Quidnam polliciti sumus? Quod si quis sexcentis sit affectus vulneribus, poenitentiamque agat, et bonum operetur, sic ea delebit Deus, ut nec cicatrix, nec uestigium, nec indicium priorum peccatorum appa-

reat. Hæc promisi, hæc demonstrare conabor. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est* (Isai. 1. 2. ad 4.) Dic mihi, quid loquutus est? *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem, irrationabilibus irrationabiliores: et asinus præsepe domini sui, asinis hebetiores. Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. Væ genti peccatrici.* Cur, inquit, nulla est spes salutis? Qua de causa dicis, *Væ?* Quia non invenio medelam. Qua de causa dicis, *Væ?* Quia medicamenta adhibui, nec cessit ulcus! ideo aversus sum. Quid mihi igitur faciendum est? Non laborabo ut curem. *Væ!* Mulierem representat lamentantem: et bene facit. Animum, quæso, mihi adhibete diligenter. *Væ, quare?* Quia idipsum in corporibus fieri solet. Cum enim viderit medicus ægrum nullam salutis spem habentem, lacrymatur: et domestici et affines ejulant atque lamentantur, sed frustra nulloque fructu: moriturum enim ne mundus quidem totus deplorans excitabit. Planctus ergo ille ad luctum valet, non ad restaurandam sanitatem. Secus autem in anima: nam si flevit, sæpe eum, qui anima mortuus est, excitabis. Quare? Quia corpus mortuum vi humana non excitatur, anima vero mortua correctione excitatur. Respice fornicarium, et plora, sæpeque illum excitabis. Ideoque Paulus non scribebat et admonebat solum, sed etiam cum lacrymis et lamentis hortabatur unumquemque. Esto admoneas, cur etiam ploras? Ut si non valeat admonitio, auxilientur lacrymæ. Sic et propheta lamentatur. Dominus item noster videns proximam Jerosolymæ ruinam dicit: *Jerusalem, quas occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt* (Matth. 23. 37). Urbem compellat jam lapsam, hominemque lugentem imitatur. Propheta vero, *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis* (Isai. 1. 4): nihil habet sanum corpus illud. Vidistin' eos ulceribus plenos? *Semini nequam, populo pleno peccatis.* Cur, quæso, lamentatis? *Dereliquistis Dominum, et irritastis Sanctum Israel. Quid ultra percutiamini* (Ibid. 5)? Qua vos plaga feriam? famene an peste? Omne supplicii genus accessit, et nequitia vestra consumpta non est: *Addentes prævaricationes. Omne caput in laborem, et omne cor in tristitiam: non est plaga, non cicatrix* (Ibid. 6). Res nova¹. Paulo ante dicebas: *Semen nequam, filii iniqui, dereliquistis Dominum, et tritastis Sanctum Israel; et, Væ genti peccatrici.* Lamentaris, luges, quereris, vulnera recensens; et deinde dicis, *Neque vulnus, neque cicatrix?* Attende. Tunc vulnus efficitur, cum alia corporis parte incolumi, una corporis pars sensu destituta manet: hic vero dicit, totum corpus esse vulnus: *Neque vulnus, neque cicatrix, neque plaga tumens;* sed a pedibus usque ad caput non potest imponi fomentum, non oleum, non ligamina. *Terra vestra deserta, civitates vestrae succensæ igni, regiones vestras alieni comedunt* (Ibid. 7). Hæc omnia feci, et vos non resipuistis: omnem adhibui artem, et æger mortuus manet. *Venite, audite verbum Domini, principes Sodomorum et Gemorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum*

¹ Sic Savil. At Morel., *res vane.*

(Isai. 1. 10)? Quid igitur? Sodomitasæ alloquitur? Nequaquam, sed Judæos Sodomitas appellat. Quoniam enim eorum mores imitabantur, eorum ipsis nomen imponit. *Venite, audite verbum Domini, principes Sodomorum et Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et adipem agnorum nolo. Si offeratis mihi similam, vanum: thymiama abominatio est mihi: neomenias vestras et sabbata odit anima mea: jejunium et diem magnum non fero. Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis (Ibid. 13-15).* Estne ira huic æqualis? Propheta cælum advocat, lamentatur, ejulat, plorat, dicitque illi, *Non est vulnus, non est cicatrix*: Deus irascitur, non suscipit victimam, non neomeniam, non sabbatum, non similam, non orationem, non manuum extensionem. Vidistin' ulcus? vidistin' morbum incurabilem, non unius, non duorum, non decem, sed multorum millium? Quid igitur postea? *Lavamini, mundi estote (Ibid. 16)*. Num est peccatum pro quo sit desperandum? ipse Dominus, qui dicit, *Non audio vos*; dicit etiam, *Lavamini*. Ad quid hæc loqueris? Cur ista? ambo sunt utilia: illa, ut terream; hæc, ut attraham. Si non audis illos, spem salutis non habent: si spem salutis non habent, cur dicis, *Lavamini*? Verum Pater est filiorum amans, solus bonus, plus quam pater ad commiserationem pronus. Et ut discas ipsum esse patrem, ait illis, *Quid faciam, Juda?* An nescis quid facturus sis? Novi plane, sed nolo: exigit peccatorum natura, sed cohibet clementiæ magnitudo. Quid faciam tibi? parcamne tibi? at sequior evades. Ultionem de te sumam? sed id non patitur clementia mea. Quid faciam tibi? an ut Sodomam te ponam, vel ut Gomorrham evertam te? *Conversum est cor meum. Affectu licet vacuus, hominem affectu præditum imitatur; imo potius matrem prolis amantem. Conversum est cor meum; ac*

3. *Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum?*— Dic mihi, Juda, hæccine magister tanto tempore te docuit? itane in oblivionem frequentium admonitionum venisti? nonne ideo dixit, *Nolite possidere aurum, neque argentum* (Matth. 10, 9), ut jam inde a principio tuum erga pecunias furorem comprimeret? nonne hortabatur dicens: *Si quis te percusserit in maxillam dexteram, verte illi et aliam* (Matth. 5, 39)? Cur, quæso, magistrum prodis? an quia potestatem tibi dedit adversus dæmonia, ita ut morbos curares, leprosos mundares, et alia multa miracula perpetreres? pro hisne beneficiis hæc illi præmia retribuisti? O furorem, imo potius, avaritiam! hæc enim mala omnia avaritia peperit, radix illa malorum, quæ animas nostras obtenebrat, necnon ipsas leges naturæ, quæ id efficit, ut mente excedamus, neque permittit ut vel amicitia, vel cognationis, vel alterius cuspisiam recordemur: sed semel exæcans oculos mentis nostræ, nos in tenebris incedere facit. Et ut hoc clare discas, vide quanta tunc ejecerit ex anima Judæ. Subingressa isthæc avaritia, colloquia, consuetudinem, communionem, mirabilem illam doctrinam, omnia, inquam, illa in oblivionem adduxit. Pulchre dicebat Paulus, *Radix omnium malorum est avaritia* (1. Tim. 6, 10). *Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum?* Tradis, Juda, eum qui omnia continet verbo? vendis incomprehensibilem, et opificem cæli et terræ, creatorem naturæ nostræ, qui verbo et nutu omnia constituit? Ut igitur ostendat quod lubens traditus sit, audi quid faciat. Ipso proditionis tempore, quando invaserunt eum cum gladiis et lignis, lampadibus et laternis instructi, dicit eis: *Quem quæritis* (Joan. 18, 4)? Et ignorabant eum, quem capturi erant. Tantum aberat ut eum prodere posset, qui neque præsentem eum videre poterat, quem traditurus erat, etsi tot lampadibus luminibusque instructus. Quod enim hæc subindicaret cum dixit eos et lampades et laternas habuisse, neque sic eum invenisse, id innuit cum ait, *Et Judas stabat cum illis*, is qui dixerat, *Ego vobis tradam eum.* Eorum quippe mentem exæcavit, ut potentiam suam ostenderet, et illi discerent ea se aggredi, quæ fieri non possent. Deinde audita ejus voce abierunt supini, et ceciderunt in terram. Vidisti quomodo ne vocem quidem ferre potuerunt, sed prolapsu infirmitatem suam demonstrarunt? Vide Domini clemem-

ἔσπευε. Κάκεινη μὲν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πυθμένος τῆς κακίας εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀνήλθεν· οὗτος δὲ μετὰ μυρία θαύματα καὶ σημεῖα, μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν, μετὰ τὴν ἀρατον συγκατάθεσιν, εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῶν ταρτάρων κατέπεσε. Τοσοῦτόν ἐστι βῆθυσμα κακῶν καὶ [389] προαίσεις διεφθαρμένη. Διδὸν καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ὁ δοκῶν ἐστάναι, βλέπετω μὴ πέσῃ· καὶ ὁ προφήτης πάλα ἐβόα· Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀρίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; Ἰνα μήτε ὁ ἐστώσ θάρρῃ, ἀλλ' ἐναγώνιος ἢ διηνεκῶς, μήτε ὁ καταπεσὼς ἀπογῶν ἑαυτοῦ. Τοσαύτη γὰρ ἡ δύναμις τοῦ διδασκάλου, ὡς καὶ πόρνα; καὶ τελώνας ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν οἰκίαν ὑποταγῆν

Τί οὖν φησιν; Ὁ πόρνας ἐπισπασάμενος, μαθητὴν οὐκ ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι; Ναί, ἴσχυεν ἐπισπάσασθαι καὶ τὸν μαθητὴν· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο αὐτὴν ἀνάγκη ποιῆσα· καλὸν, οὐδὲ βίβ' ἐλκύσαι αὐτὸν πρὸς αὐτόν. Διὰ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς διηγούμενος ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν μαθητὴν τὸν ἀγνώμονα ἔλεγε· Τότε πορευθεῖς, τουτέστιν, οὐχ ὑφ' ἐτέρων κληθεῖς, οὔτε βιασθεῖς παρ' ἄλλου, οὐδὲ παρ' ἐτέρου δεξιόμενος τὴν προτροπὴν, ἀλλ' οἴκοθεν κινούμενος· ἐπὶ τοῦτο ἐτρέπη, δεῖκνυς ὅτι αὐτομάτως, καὶ ἐξ οἰκίας γνώμης ἐπὶ τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα ὤρμησεν, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας κινούμενος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς πηγαζούσης ἐνδοθεν κακίας ἐπὶ τὴν προδοσίαν τοῦ δεσπότη ἐαυτὸν ὠθήσας· Τότε πορευθεῖς εἰς τῶν δώδεκα. Καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν ἐγκλημα τὸ εἰπεῖν, *Εἰς τῶν δώδεκα*. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν καὶ ἕτεροι ἐβδομήκοντα μαθηταί, διὰ τοῦτο εἶπεν, *Εἰς τῶν δώδεκα*, τουτέστι, τῶν ἐγκρίτων, τῶν καὶ καθ' ἐκάστην αὐτῶ συναναστρεφόμενων, τῶν πολλῆς ἀπολαύοντων τῆς παρρησίας. Ἰνα οὖν μάθῃ; ὅτι μαθητὴς ἦν τῶν δοξίμων, φησὶν· *Εἰς τῶν δώδεκα*. Καὶ οὐ παρασιωπᾷ ταῦτα γράφων ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα οὐ πεισθεῖς ὅτι αὐτὰ τὰ δοκούντα ἐπονεϊδίστα εἶναι δείκνυσι τοῦ δεσπότη τὴν πρὸς ἡμᾶς κηδεμονίαν, ὅτι τὸν προδότην, τὸν κλέπτην τοσοῦτων ἡζώσεν ἀγαθῶν, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐσπέρας παρῆνει. Εἶδες πῶς ἡ πόρνη μὲν ἐσώθη, ἐπειδὴ ἐνίψεν· ὁ μαθητὴς δὲ βῆθυσμῶσ κατέπεσε; Μὴ τοῖνον ἀπογῶν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν πόρνην ἀφορῶν, μηδὲ θαρσύνῃσ πάλιν πρὸς τὴν τοῦ μαθητοῦ τόλμαν ἀπιδῶν· ἀμφοτέρω γὰρ ὀλέθρια. Εὐόλιθος γὰρ ἡμῶν ἡ γνώμη, εὐπερίτρεπτος ἢ προαίσεις· διὸ πάντοθεν ἀσφαλίζεσθαι χρῆ. Τότε πορευθεῖς εἰς τῶν δώδεκα, Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. Ὁρᾷ; ποίου χοροῦ ἐξέπεσε; ὀρᾷ ποίας διδασκαλίας ἑαυτὸν ἐστέρησεν; ὀρᾷ πόσον κακῶν ἢ βῆθυσμα; Ἰούδας, φησὶν, ὁ Ἰσκαριώτης, ἐπειδὴ ἕτερος ἦν τοῦτῳ ὁμώνυμος ὁ λεγόμενος Ἰακώβου. Ὁρᾷ; τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν σοφίαν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ τολμήματος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τόπου, δηλὸν ἡμῖν αὐτὸν ποιεῖ, ἐκείνον οὐκ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πατρωνυμίας γνώριμον ποιῶν; Καίτοι γε ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Ἰούδα τὸν προδότην· ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς παιδεύσῃ καθαράν ἔχειν κατηγορίας τὴν γλῶσσαν, καὶ αὐτὸ τὸ εἰπεῖν προδοτοῦ φεῖδεται. Παιδευόμεθα τοῖνον μηδένα τῶν ἐχθρῶν κακῶσ μεμνησθαι. Εἰ γὰρ ὁ μακάριος οὗτος τοῦ προδοτοῦ οὐκ ἠνέσχετο κατηγορῆσαι, τὸ παράνομον τοῦτο τόλμημα διηγούμενος, τοῦτο μὲν ἀπεισιώπησεν, ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου, ὅθεν ὤρμητο, δηλὸν αὐτὸν ποιεῖ· ποίας ἂν εἴημεν ἡμεῖς ἄξιοι συγγνώμης τοῦσ πλησίον κακηγοροῦντες; Καὶ πολλάκις οὐ μόνον

[390] τῶν ἐχθρῶν μεμνήμεθα μεθ' ὕβρωσ, ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων πρὸς ἡμᾶσ ἔχειν διάθεσιν. Μὴ, παρακαλῶ. Τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ λέγων· Πᾶσ λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Διὰ τοῦτο παντὸς τοιοῦτου πάθους καθαρεύων ὁ μακάριος Ματθαῖος ἔλεγε· Τότε πορευθεῖς εἰς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς εἶπε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Ὡ μισρᾶς φωνῆς! Ὡ τόλμης ἀνοία! ἐνθυμούμενος τρέμω, ἀγαπητοί, πῶς ἐξεπήδησε τοῦ στόματος ἡ φωνή, πῶς τὴν γλῶτταν ἐκίνησε, πῶς οὐκ ἀπέστη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, πῶς οὐκ ἐνάρκησαν τὰ χεῖλη, πῶς οὐκ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ.

γ'. *Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν*; Εἰπέ μοι, Ἰούδα, ταῦτά σοι ἐπαίδευσεν ὁ διδάσκαλος ἐν τοσοῦτῳ χρόνῳ; οὕτω λήθην ἐποίησεν τῶν συνεχῶν παραινέσεων; οὐ διὰ τοῦτο ἔλεγε, *Μὴ κτήσησθε χρυσόν, μήτε ἀργυρόν*, ἀνοθεν προαναπέλλων σου τῆσ περὶ τὰ χρήματα μανίας τὴν ὑπερβολὴν; οὐ παρῆνει λέγων, *Ἐάν τις σε βρακίον εἰς τὴν δεξιάν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην*; Τίνος ἐνεκεν, εἰπέ μοι, παραδίδωσ τὸν διδάσκαλον; ὅτι τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν σοι παρέδωκεν, ὡς καὶ νοσήματα θεραπεύειν, καὶ λεπρούσ καθαίρειν, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα θαύματα ἐπιδείκνυσθαι; ἀντὶ οὖν τῶν εὐεργεσιῶν τοῦτων ταῦτα αὐτῷ ἀποδίδωσ τὰς ἀμοιβὰς; Ὡ τῆσ μανίας, μάλλον δὲ τῆσ φιλαργυρίας! Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακὰ ἢ φιλαργυρία πεποίηκεν, ἢ ρίζα τῶν κακῶν, ἦτις τὰς ψυχὰς ἡμῶν σκοτοῖ καὶ αὐτοὺσ τοὺσ τῆσ φύσεωσ νόμους, καὶ αὐτῶν ἡμᾶσ ἐκβάλλει τῶν φρενῶν, καὶ οὐκ ἀφήσιν οὔτε φιλίας οὔτε συγγενείασ οὔτε ἄλλου τινὸσ μεμνησθαι· ἀλλὰ καθάπαξ πηρώσασα ἡμῶν τὰ ὄμματα τῆσ διανοίας, οὕτωσ ἐν σκότει ποιεῖ βεδίξειν. Καὶ ἵνα μάθῃσ τοῦτο σαφῶσ, ὅρα τότε πόσα ἐξέβαλεν ἐκ τῆσ τοῦ Ἰούδα ψυχῆσ. Ἀσθη ἐπεισελοῦσα τὴν ὀμιλίαν, τὴν συνήθειαν, τὴν κοινωνίαν, τὴν θαυμαστὴν διδασκαλίαν, πάντα ταῦτα εἰς λήθην ἐνέβαλεν ἢ φιλαργυρία. Καλῶσ ἔλεγε Παῦλος, ὅτι· *Ρίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία*. — *Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν*; Παραδίδωσ, Ἰούδα, τὸν τὰ πάντα συνέχοντα λόγῳ; πωλεῖσ τὸν ἀκατάληπτον, τὸν κτίστην οὐρανοῦ τε καὶ γῆσ, τὸν δημιουργὸν τῆσ ἡμετέρασ φύσεωσ, τὸν λόγῳ καὶ νεύματι τὰ πάντα συστησάμενον; Ἰνα οὖν δεῖξῃ ὅτι ἐκὼν παρεδόθη, ἀκουσον τί ποιεῖ. Κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆσ προδοσίας, ὅτε ἐπῆλθον αὐτῷ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, λαμπάδασ καὶ φανούσ ἔχοντεσ, λέγει αὐτοῖσ· *Τίνα ζητεῖτε*; Καὶ ἠγνόησαν ὃν ἡμελλον συλλαμβάνειν. Τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἐκεῖνοσ τοῦ δυνηθῆναι παραδοῦναι αὐτόν, ὅτι οὐδὲ ὀρᾷ αὐτόν ἡδύνατε παρόντα, ὃν ἡμελλε παραδιδόναι, καὶ ταῦτα λαμπάδων οὐσῶν καὶ φωτῶσ τοσοῦτοσ. Ὅτι γὰρ τοῦτο αἰνιτόμενοσ εἶπεν, ὅτι λαμπάδασ καὶ φανούσ εἶχον, καὶ οὐδὲ οὕτωσ αὐτόν ἠῦρισκον, φησὶ [γὰρ], *Καὶ Ἰούδασ εἰστήκει μετ' αὐτῶν*, ἐκεῖνοσ εἰπῶν· *Ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν*. Ἐπήρωσε γὰρ αὐτῶν τὴν διάνοιαν, βουλόμενοσ δεῖξαι τὴν οἰκίαν δύναμιν, καὶ ἵνα μάθωσιν ὅτι ἀδυνάτοισ ἐπιχειροῦσιν. Εἶτα ἀκούσαντεσ [391] τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀπῆλθον ὑπτιοισ, καὶ ἔπεσον χαμαί. Εἶδες πῶσ οὔτε τὴν φωνὴν ἐνεγκεῖν ἡδυνήθησαν, ἀλλὰ διὰ τῆσ καταπτώσεωσ τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν ἐναργῶσ ἀπέδειξαν; Ὅρα δεσπότητοσ φιλανθρωπίαν. Ἐπειδὴ

οὐδὲ οὕτω καθίκετο τῆς ἀνασχυντίας τοῦ προδότου, οὕτε τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγνομοσύνης, ἑαυτὸν ἐκδίδουσι, καὶ φησὶν ὁ Κύριος· Ὅτε εἶδεα ὡς ἀδυνάτους ἐπιχειροῦσιν, ἠβουλήθην αὐτῶν ἀναστῆλαι τὴν μανίαν· οὐ βούλονται, ἀλλ' ἔτι ἐπιμένουσι τῇ πονηρίᾳ· ἰδοὺ ἐμαυτὸν παραδίδωμι.

Ταῦτα λέγω ὑμῖν, ἵνα μὴ κατηγορήσῃ τις τοῦ Χριστοῦ, λέγοντες· Διὰ τί οὐ μετέβαλε τὸν Ἰούδαν; διὰ τί οὐκ ἐποίησεν αὐτὸν βελτίονα; Καὶ πῶς εἶδε ποιῆσαι τὸν Ἰούδαν σώφρονα καὶ ἐπεικῆ; ἀνάγκη, ἢ γνῶμη; Εἰ μὲν γὰρ ἀνάγκη, οὐδὲ οὕτως ἐμελλεν ἔσεσθαι βελτίων· οὐδεὶς γὰρ ἀνάγκη γίνεται βελτίων· εἰ δὲ γνῶμη καὶ προαιρέσει, πάντα εἰσήγαγε τὰ δυνάμενα αὐτὸν ἀναγαγεῖν. Εἰ δὲ μὴ ἠβουλήθη δέξασθαι ἐκεῖνος τὰ φάρμακα, οὐ τοῦ λατροῦ τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τοῦ τὴν θεραπείαν διακρουομένου ἢ κατηγορίας. Θέλεις μαθεῖν πόσα ἐποίησεν, ὥστε αὐτὸν ἐνακτῆσασθαι; Ἐδωρήσατο αὐτῷ πολλὰ θαύματα, προεἶπεν αὐτῷ περὶ τῆς προδοσίας, οὐδὲν ἐνέλειπεν ὧν ἐχρῆν εἰς μαθητὴν ἐπιδείξασθαι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι δυνατὸς ὧν μεταβαλέσθαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ βραθυμίας τὸ πᾶν ἐγένετο· ἐπειδὴ παρέδωκεν αὐτὸν, καὶ τὴν μανίαν αὐτοῦ εἰς τέλος ἤγαγεν, Ἐρρίψτε τὰ τριάκοντα ἀργύρια, λέγων· Ἠμαρτον παραδοῦς αἷμα ἀθῶον. Πρὸ τούτου εἶλες· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Ἐπειδὴ ἐτετέλεσθη ἡ ἀμαρτία, τότε ἔγνω τὴν ἀμαρτίαν. Ἐνεπαύθεν μανθάνωμεν ὅτι, ὅταν βραθυμώμεν, οὕτε παραίνεις ἡμᾶς ὠφελεῖ, οὕτε νοουθεσία· ὅταν δὲ σπουδαζώμεν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν δυνάμεθα διαναστήναι. Ἐνόησον γάρ· Ὅτε παρήγει αὐτὸν, καὶ ἀνέστειλεν αὐτὸν τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως, οὐκ ἤκουσεν οὕτε κατεδέξατο τὴν νοουθεσίαν· ὅτε δὲ οὐδεὶς ἦν ὁ παλαιῶν, τὸ οικεῖον συνειδὸς ἐπανέστη, καὶ οὐδενὸς ὄντος τοῦ διδάσκοντος; μετέβαλετο, καὶ ἔρριψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια. Ἔστησαν γάρ, αὐτῷ, φησὶ, τριάκοντα ἀργύρια. Τιμὴν κατέβαλον αἵματος τιμὴν οὐκ ἔχοντος. Τί λαμβάνεις τριάκοντα ἀργύρια, ὧ Ἰούδα; Δωρεὰν ἦλθεν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ὁ Χριστὸς ἐκχέει τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὐ σύμφωνα νῦν ποιεῖς. Τί γὰρ ἀνἀνασχυντότερον τοῦ συναλλάγματος τούτου; τίς εἶδε, τίς ἤκουσέ ποτε;

δ'. Ἄλλ' ἵνα μάθωμεν τὴν διαφορὰν τοῦ προδότου καὶ τῶν μαθητῶν, ἀκούσωμεν· ἅπαντα γὰρ μετὰ ἀκριβείας ἡμῖν διηγεῖται ὁ εὐαγγελιστής. Ὅτε ταῦτα, φησὶν, ἐγένετο, ὅτε ἡ προδοσία προσχώρησεν, ὅτε ἀπώλεσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰούδας, ὅτε τὰς παρανόμους ἐκεῖνας συνθήκας ἐποίησατο, καὶ ἐζήτει, φησὶν, εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ· Τότε προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγοντες· Ποῦ θέλεις ἐτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; Εἶδες μαθητάς, εἶδες μαθητὴν; Ἐκεῖνος περὶ τὴν προδοσίαν ἠσχολεῖτο, οὗτοι περὶ τὴν διακονίαν· ἐκεῖνος σύμφωνα ἐποίει, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τὴν τιμὴν λαμβάνειν ἐπεχείρει, οὗτοι περὶ τὴν [392] ὑπηρεσίαν παρασκευάζονται. Τῶν αὐτῶν θαυμάτων ἀπήλαυσαν καὶ οὗτος κἀκεῖνοι, τῶν αὐτῶν διδαγμάτων· πόθεν οὖν ἡ διαφορὰ; Ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. Αὕτη αἰτία τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν γίνεται. Ἡ ἐσπέρα αὕτη ἦν, καθ' ἣν οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἔλεγον. Τί ἐστι, Ποῦ θέλεις ἐτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; Διδασκόμεθα ἐνεπαύθεν, ὅτι οὐκ εἶχεν οἰκίαν ἀφωρισμένην ὁ Χριστός. Ἀκουέτωσαν οἱ τὸς λαμπράς οἰκίας οἰκοδομούντες καὶ τοὺς μακροὺς περιβόλους, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνειν. Διὰ τοῦ

τοῦτο λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί· Ποῦ θέλεις ἐτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; Ποῖον Πάσχα; Τὸ Ἰουδαϊκόν, τὸ ἀπ' Αἰγύπτου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκός· ἐκεῖ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐπετέλεσαν. Καὶ τίνας ἐνεκεν ἐπιτελεῖ αὐτὸ ὁ Χριστός; Ὅσπερ πάντα τὰ ἄλλα νόμιμα ἐπλήρωσεν, οὕτω καὶ τοῦτο. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔλεγεν· Ὅδω γὰρ πρόκειτο ἡμῖν ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Οὐ τοῖνον τὸ ἡμέτερον Πάσχα, ἀλλὰ τὸ Ἰουδαϊκόν ἐτοιμάσαι ἐβούλοντο οἱ μαθηταί. Τοῦτο μὲν γὰρ αὐτοὶ ἠτόιμασαν, τὸ δὲ ἡμέτερον αὐτὸς παρεσκεύασεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Πάσχα ἐγένετο διὰ τοῦ τιμίου πάθους. Τίνας οὖν ἔκενε ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται; Ἴνα ἡμᾶς λυτρώσῃται ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου. Διὸ καὶ Παῦλος εἶπε· Ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξυγοράσῃ. Ἴνα οὖν μὴ τις λέγῃ, ὅτι διὰ τοῦτο ἔπαυσεν, ἐπειδὴ πληρῶσαι αὐτὸν οὐκ ἠδύνατο, ὡς φορτικὸν καὶ ἐπαχθὴ καὶ δυσκατόρθωτον, διὰ τοῦτο αὐτὸν πληρῶσας ἅπαντα, τότε αὐτὸν ἔλυσε. Διὰ τοῦτο καὶ Πάσχα ἐποίησε· νόμου γὰρ ἐπίταγμα αὐτοῖς ἦν ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτή. Ἀκουσον· Ἀγνώμων ἦσαν περὶ τὸν εὐεργέτην οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραπὰ ἐπελανθάνοντο τοῦ εὐεργέτου. Καὶ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς, ἐξῆλθον ἐξ Αἰγύπτου, διέβησαν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, εἶδον αὐτὴν διαιρεθεῖσαν, καὶ πάλιν συναπτομένην· καὶ μετ' οὐ πολὺ λέγουσι τῷ Ἀαρὼν· Ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἱ προκορεύονται ἡμῶν. Τί λέγεις, ὧ ἀγνώμων Ἰουδαῖε; εἶδες τοιαῦτα θαύματα, καὶ ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε, καὶ οὕτε μνήμην ποιεῖς τοῦ εὐεργέτου; Ἐπεὶ οὖν ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, τῇ ὑποθέσει τῶν ἑορτῶν ἐγκατέδωκε τῶν δωρεῶν τὰ ὑπομνήματα ὁ θεός, ἵνα καὶ ἐκόντες καὶ ἀκόντες ἐναυλον ἔχωσι τὴν μνήμην. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν οὕτω· διὰ τί; Ἴν', ὅταν ἐπερωτήσῃ σε ὁ υἱός σου, τί ἐστὶ τοῦτο, ἐπίσης, ὅτι τοῦτο τῷ προδότῳ τὸ αἷμα ἐπέχρισαν ταῖς φλιαῖς τῶν θυρῶν, καὶ διέφυγον τὸν θάνατον ἐν ὁ ὀλοθρευτῶν ἐπήγαγε τοῖς κατὰ τὴν Αἰγύπτου ἄπαι· καὶ διὰ τὸ αἷμα τοῦτο οὐκ ἴσχυσεν εἰσπεθεῖσαι καὶ τὴν πληγὴν ἐπαγαγεῖν. Ἐκεῖνοι οὖν ἀκόντες, ὧδε δὲ ἐκὼν θύεται Χριστός. Διὰ τί; Ἐπειδὴ τύπος ἦν ἐκεῖνο τοῦ πνευματικοῦ. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅρα ὅση ἡ συγγένεια· Ἄμνος καὶ ἀμνός, ἀλλ' ὁ μὲν ἄλογο, ὁ δὲ λογικός· πρόβατον καὶ πρόβατον, σικὰ καὶ ἀλήθεια· ἀλλ' ἐπέφανεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ ἡ σικὰ πέπαυται· ἡ γὰρ γὰρ ὄντος κρύπτεται ἡ σικὰ. Διὰ τοῦτο ἀμνός καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ μυστικῇ, ἵνα τῷ αἵματι αὐτοῦ ἀγιαζώμεθα. Διὰ τοῦ· ἡ γὰρ ἡλίου ἐλθόντος λύχνος μηκέτι φαινέτω· τύποι γὰρ ἦσαν τῶν μελλόντων τὰ γεγονότα.

ε'. Ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους λέγω, ἵνα μὴ ἀπατῶντες ἑαυτούς, δοκῶσι Πάσχα ἐπιτελεῖν, ἐπειδὴ γνῶμη [393] ἀνασχύντω τὰ ἄξυμα προλαμβάνουσι, καὶ προβάλλονται ἑορτῆν, οἱ ἀεὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, καὶ τοῖς ὡσὶ βρῆρας ἀκούοντες. Πῶς, εἰπέ μοι, Πάσχα ἐπιτελεῖς, ὧ Ἰουδαῖε; Ὁ ναὸς κατέσκαπται· ὁ βωμὸς ἀνήρηται, τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων πεπάτηται, πᾶσα θυσία καταλέλυται· τίνας οὖν ἔνεκεν τολμᾷς παρανομῶν; Ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ποτε εἰς Βαβυλῶνα, ἤκουσας τῶν αἰχμαλωτευσάντων ὑμᾶς λεγόντων, Ἄσαστε τὴν ὄδον ἡμῖν τοῦ Κυρίου· καὶ οὐκ ἠνέσχου. Καὶ διὰ τί ἔξωθεν Ἱερουσολύμων ποιεῖς τὸ Πάσχα; Σὺ εἶπας· Πῶς βρωμετὴν ὄδον Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Καὶ ταῦτα

^a Forte διὰ τοῦτο. Savil.

tiam. Quia ne sic quidem proditoris impudentiam, neque ingratum Judæorum animum flexit, seipsum tradit, atque dicit: Quando ostendi eos illa aggredi, quæ facerè non possent, volui eorum comprimere furorem: at illi nolunt, sed in nequitia perseverant: ecce meipsum trado.

Non necessitate bonum operamur, sed voluntate. — Hæc dico vobis, ne quipiam Christum accusent, dicantque: Cur non mutavit Judam? cur non meliorem illum effecit? At quomodo oportuit Judam temperantem ac probum efficere? an necessitate, an arbitrio suo? Si necessitate, neque sic melior futurus erat; nemo quippe necessitate melior efficitur: si vero ex arbitrio et voluntate, omnia induxit ea, quæ poterant ipsum ad frugem reducere. Quod si ille remedia noluit accipere, non medicus, sed is qui medicinam respuit, in culpa est. Vis scire quanta fecerit ut eum reduceret? Multa miracula ut faceret dedit, prædixit illi ea, quæ ad proditorem spectabant, nihil retro reliquit eorum, quæ pro discipulo facere pær erat. Et ut discas eum, cum mutari posset, noluisse, sed ex ejus segnitie totum prodiisse: cum prodidisset eum, et furorem suum ad finem deduxisset, *Proiecit triginta argenteos* dicens, *Peccavi tradens sanguinem justum* (Matth. 27. 3). Antea dicebas, *Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum?* Cum consummatum fuit peccatum, tunc peccatum agnovit. Hinc ediscimus nos cum segniter agimus, neque hortatu neque monitis juvari; cum vero diligenter, a nobis ipsis posse resurgere. Tecum enim reputa eum, cum hortaretur Dominus, et a pravo facinore deterreret, non audivisse nec admonitioni obtemperasse; cum vero nullus admoneret, ex propria conscientia surrexisse, et nemine docente mutatum esse, trecentosque argenteos projecisse. *Constituerunt*, inquit, *illi triginta argenteos* (Matth. 26. 15). Pretium sanguinis deposuerunt nullo pretio æstimandi. Cur accipis triginta argenteos, o Juda? Gratis venit Christus pro orbe sanguinem effusus, pro quo tu nunc pacta statuis. Quid impudentius hac conventionem? quis vidit, quis audivit umquam?

4. Sed ut discamus quod sit discrimen proditorem inter et discipulos, audiamus: omnia quippe diligenter nobis enarrat evangelista. Cum hæc flerent, inquit; cum proditio procederet, cum Judas seipsum perdidit, cum iniqua illa pacta fecit, cum quæreret, inquit, opportunitatem, ut eum traderet: *Tunc accesserunt discipuli ejus dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha* (Matth. 26. 17)? Vidisti discipulos, vidisti discipulum? Ille proditorem, hi ministerium curabant: ille pacta inibat et Dominici sanguinis pretium accipere satagebat, hi ad famulatum se præparant. Et hic et illi iisdem miraculis claruerant, eadem doctrina imbuti erant; unde nam ergo discrimen? Ex voluntate. Hæc et malorum et bonorum causa est. Vespera illa erat cum discipuli hæc dicerent. Quid illud est, *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Hinc ediscimus non statum domicilium habuisse Christum. Audiant qui splendidas construant domos, amplaque septa, quod Filius hominis non habeat ubi ca-

put suum reclinet: ideo dicunt ei discipuli: *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Quod Pascha?* Judaicum, quod in Ægypto initium sumpserat: nam illic initio celebrarunt illud. Ecqua de causa illud Christus celebrat? Ut omnia legalia implevit, sic et istud. Ideo Joanni dicebat: *Sic nos decet implere omnem justitiam* (Matth. 5. 15). Non nostrum igitur, sed Judaicum Pascha parare volebant discipuli. Nam illud discipuli pararunt, nostrum vero Pascha ipse præparavit, imo ipse Pascha per venerandam passionem suam effectus est. Cur ergo ad passionem accedit? Ut nos redimeret a maledicto legis. Quamobrem Paulus clamabat: *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret* (Galat. 4. 4. 5). Ne quis ergo diceret, ideo illam abrogasse, quia illam implere non poterat, utpote gravem, onerosam et difficilem; ideo cum illam totam implevisset, tunc ipsam solvit. Idcirco et Pascha fecit: legis enim mandatum ipsis erat Paschæ solemnitas. Audi. Ingrati erga beneficium erant Judæi, statimque benefici obliviscebantur. Idque ut accurate discas: egressi sunt ex Ægypto, mare Rubrum transierunt, ipsum viderunt scissum, rursusque coalescens: nec multo elapso tempore dicunt Aaroni: *Fac nobis deos, qui præcedant nos* (Exod. 32. 1). Quid dicis, ingrati Judæi? tot taliave miracula vidisti, et oblitus es Dei, qui te nutrit, neque benefici mentionem facis? Quia igitur obliviscebantur beneficiorum ejus, festivitatum argumento Deus donorum commemorationem adstrinxit, ut velint nolint manentem memoriam habeant. Et illi quidem sic: quare? *Ut cum interrogaverit te filius tuus, Quid est hoc?* dicas: Quia agni hujus sanguine januarum limina unxerunt, mortemque effugerunt, quam vastator angelus Ægyptiis omnibus intulit: propterque hunc sanguinem non potuit irruere et plagam infligere. Illi itaque inviti, hic vero lubens Christus immolatur. Quare? Quia illud erat figura spiritualis Paschatis. Ut id vero discas, vide quanta sit affinitas. Agnus et agnus; sed ille irrationalis, hic rationalis: ovis et ovis, umbra et veritas; sed apparuit Sol justitiæ, et umbra cessavit: lucente namque sole, fugatur umbra. Ideoque agnus etiam in mensa mystica, ut sanguine illius sanctificemur. Quamobrem accedente sole, lucerna non ultra appareat: nam quæ tum facta sunt figuræ erant futurorum.

5. *Contra Judæos. Vide in Homiliis contra eosdem, T. 1.* — Hæc Judæis dico, ne seipsos decipientes putent se Pascha celebrare; quia impudenti consilio azyma accipere prævertunt, et festum objiciunt, qui semper incircumcisi sunt corde, et auribus graviter audiunt. Quomodo, quæso, Pascha celebras, o Judæi? Templum solo æquatum est, altare sublatum, sancta sanctorum conculcata, omne sacrificium solum: cur ergo prævaricari audes? Abiisti aliquando Babylonem, audisti eos qui captivos duxerant vos dicentes, *Cantate nobis canticum Domini* (Psal. 136. 3), et non tulisti. Et cur extra Jerosolymam Pascha celebras, qui dixisti, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena* (Ibid. v. 3)? Et hæc declarans

beatus David dicebat : *Super flumen Babylonis, illic sedimus et flevimus : in salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra (Psal. 136. 1. 2)*; id est, psalterium, cytharam, lyram : his enim olim utebantur, et his psalmos canebant. *Illic enim, inquit, interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum (Ibid. r. 3)*. Et diximus : *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quid, quæso, dicis? canticum Domini non cantas in terra aliena, et Pascha celebras in terra aliena? Viden' stupiditatem Judæorum? Cum aderant inimici qui cogere, ne psalmum quidem recitare volebant in terra aliena : et nunc sua sponte, nemine cogente, bellum inferunt Deo. Quapropter beatus Stephanus dicebat illis : Vos semper Spiritui sancto resistitis (Act. 7. 51)*. Vides quam impura sint azyma, quam iniquum Judæorum festum? Erat olim Pascha Judaicum, sed solutum est. Tunc, inquit, *Jesus, manducantibus illis et bibentibus, accipiens panem in sanctas et intemeratas manus suas, gratias agens fregit, dixitque discipulis suis : Accipite et manducate : hoc est corpus meum (Matth. 26. 26)*, quod pro vobis et multis frangitur in remissionem peccatorum. *Et calicem rursus accipiens, dedit eis dicens : Ille est sanguis meus qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum (Ibid. v. 27. 28)*. Aderatque Judas, cum hæc diceret Dominus. Ille est sanguis, o Juda, quem vendidisti triginta argenteis : hic est sanguis, pro quo nuper impudentia pacta inibas cum improbis Pharisæis. O quantam Christi benignitatem! o ingratum Judæ animum! Dominus nutriebat, et servus vendebat. Ille namque vendidit eum acceptis triginta argenteis; Christus vero in redemptionem nostram proprium sanguinem effudit, et venditori tradidit, siquidem voluisset. Aderat enim Judas ante proditorem, et sacræ mensæ particeps erat, mysticæ cœnæ fruebatur. Quemadmodum enim pedes discipulorum lavit Dominus, sic et sacræ mensæ particeps fuit Judas; ut nullam haberet excusationem, sed judicium acciperet. Nam in prava sententia perseverabat, et egressus, osculi loco proditorem fecit, immemor beneficiorum. Ac post proditorem projecit triginta argenteos dicens : *Peccavi tradens sanguinem innocenem (Matth. 27. 3)*. O cæcitatem! cœnæ particeps fuisti, et beneficium prodidisti? Et Dominus quidem quod scriptum erat libens implebat : *Venit illi per quem scandalum venit (Matth. 18. 7)*!

6. *Hæc verba, Hoc est corpus meum proposita transformant. Pacis studium necessarium ad rite communicandum.* — Sed tempus demum est ad horrendam hanc tremendamque mensam accedendi. Omnes igitur cum pura conscientia accedamus. Nullus hic Judas esto dolose agens in proximum suum, nemo adsit improbus, nemo venenum occultet in corde suo. Adest et nunc Christus mensam exornans : neque enim homo est is, qui facit ut proposita corpus et sanguis Christi efficiantur. Figuram tantum implens stat sacerdos, et supplicationem offert : gratia autem et virtus Dei est, quæ omnia efficit. *Hoc est corpus meum (Matth. 26. 26)*, inquit. Hoc verbum proposita

transformat. Et quemadmodum vox illa, *Crescite, et multiplicamini et replete terram (Gen. 1. 28)*, verbum erat, et factum est opus, quod humanæ naturæ ad liberorum procreationem vim inderet : sic et hæc vox prolata semper gratia auget eos, qui digne participant. Nullus itaque simulatus sit, nullus improbus, nullus rapax, nullus contumeliosus, nullus fratrum osor, nullus avarus, nullus ebriosus, nullus ambitiosus, nullus masculorum concubitor, nullus invidus, nullus fornicationi deditus, nullus fur, nullus insidiosus, ne judicium sibi sumat. Etenim tunc Judas mysticam cœnam indigne participavit, et egressus Dominum prodidit : ut discas in eos maxime et frequentius diabolus insilire, qui mysteria indigne participant, eosque ipsos in majus se supplicium conjicere. Hæc dico non ut terream, sed ut cautiore reddam. Quemadmodum enim corporeus cibus, cum in ventrem pravis humoribus plenum inciderit, morbum auget : sic et spiritualis cibus cum indigne participatur, graviores damnationes attrahit. Nemo igitur, obsecro, pravas intus cogitationes habeat, sed cor nostrum expurgemus : etenim templa Dei sumus, si pure agamus. Castam reddamus animam nostram : nam vel uno die id fieri potest. Quomodo et qua ratione? Si quidpiam habueris contra inimicum, tolle iram, solve inimicitiam, ut medelam remissionis a mensa recipias. Ad sacrificium accedis horrendum et sanctum : immolatus jacet Christus. Verum cogita qua de causa occisus sit. O qualibus mysteriis privatus es, Juda? Christus libenter passus, ut *medium parietem maceræ (Ephes. 2. 14)* solveret, et jungeret inferna supernis, ut te inimicum et hostem, angelorum consortem faceret. Et Christus quidem animam suam tradidit pro te ; tu vero inimicitiam serras adversus conservum? Ecqui poteris accedere ad mensam pacis? Dominus tuus non recusavit omnia pati propter te, tu vero ne iram quidem remittere vis? Cur quæso? Caritas est radix, fons et mater omnium bonorum. Maximas, inquit, mihi molestias intulit, innumera damna, in vitæ discrimen me conjecit. Ecquid hoc est? nondum te cruci affixit, ut Dominum Judæi. Si non remiseris proximo tuo injuriam, nec Pater tuus cælestis remittet tibi peccata tua. Qua conscientia dices, *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum*, et cætera? Similiter Christus et sanguinem, quem illi effuderunt, in salutem effundendum dedit. Quid huic rei par efficere potest? Si non dimiseris inimico, non illum læsisti, sed teipsum : illum quidem sæpe in præsentem vitam læsisti, tibi vero supplicium, quod numquam remittetur, parasti in futurum illum diem. Neminem enim ita Deus aversatur, ut injuriarum memorem hominem, ut cor tuum, et ira incensam animam. Audi enim quid dicat Dominus : *Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliare fratri tuo; et tunc veniens offer munus tuum (Matth. 5. 23. 24)*. Quid dicis? ibine relinquas munus, seu sacrificium? Etiam, inquit : nam propter

δὲ γλῶσφι ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγεν· Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Βαβυλωνῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσταμεν καὶ ἐκλαύσομεν· ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσομεν τὰ ἔργα ἡμῶν, τούτεστι, τὸ ψαλτήριον, τὴν κιθάραν, τὴν λύραν· τούτοις γάρ τὸ παλαιὸν ἐπέχρητο, καὶ διὰ τούτων τοὺς ψαλμοὺς ᾄδον. Ἐκεῖ γάρ, φησὶν, ἐπηρώτησαν ἡμῖς οἱ αἰχμάλωτοι ἡμῶν λόγους ψδῶν· καὶ εἶπαμεν· Πῶς ἄσωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Τί λέγεις, εἰπέ μοι; τὴν ᾠδὴν Κυρίου οὐκ ἄβεις ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, καὶ τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Εἶδες ἀναισθησίαν Ἰουδαίων; Ὅτε πολέμιοι ἦσαν οἱ καταναγκάζοντες, οὕτε ψαλμὸν εἶλοντο εἰπεῖν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· καὶ νῦν ἄφ' ἑαυτῶν, οὐθενὸς ἀναγκάζοντος, πόλεμον εἰσάγουσι πρὸς τὸν Θεόν. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Στέφανος ἔλεγε πρὸς αὐτούς· Ὑμεῖς δεῖ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. Ὁρᾷς ὡς ἀκάθαρτα τὰ ἄζυμα; πῶς παράνομος ἡ ἑορτὴ ἡ Ἰουδαϊκῆ; Ἦν Πάσχα Ἰουδαϊκὸν ποτε, ἀλλ' ἐλύθη. Τότε, φησὶν, Ὁ Ἰησοῦς, ἐσθιόντων αὐτῶν καὶ πινόντων, λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀγνόντων αὐτοῦ χειρῶν, εὐχαριστήσας καὶ κλάσας εἶπε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Αἴθετε, φάγετε· τούτῳ μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν κλύμενον εἰς ἀφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ τὸ ποτήριον πάλιν λαβὼν, ἐδίδου αὐτοῖς λέγων· Τοῦτό ἐστι τὸ αἶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχεόμενον εἰς ἀφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ παρῆν καὶ Ἰούδας τοῦτο λέγοντος τοῦ Κυρίου. Τοῦτό ἐστι τὸ αἶμα, ὃ Ἰούδα, ὅπερ ἐπώλησας τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτό ἐστι τὸ αἶμα, ὑπὲρ οὗ πρὸ μικροῦ τὰ ἀναίδη σύμφωνα ἐποίησεν πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Φαρισαίους. Ὡς πόσις ἡ τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία! ὦ τῆς τοῦ Ἰούδα ἀγνωμοσύνης! ὁ Δεσπότης ἔτρεφε, καὶ ὁ δοῦλος ἐπίπρασκεν· ὁ μὲν γὰρ ἐπώλησεν αὐτὸν λαβὼν τριάκοντα ἀργύρια, ὁ δὲ Χριστὸς λυτρὸν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἶμα ἐξέχευ, καὶ τῷ πεπρακῶτι δέδωκεν, εἶπερ ἠθέλησε. Καὶ γὰρ παρῆν καὶ Ἰούδας πρὸ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετέσχε, καὶ τοῦ μυστικοῦ δεῖπνου ἀπήλαυσεν. Ὡς περὶ γὰρ τοὺς πίδασι τῶν μαθητῶν ἐνίψεν, οὕτω καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετέσχε Ἰούδας, ἵνα μηδεμίαν ἔχη ἀπολογίαν, ἀλλὰ κρίμα λήψεται. Ἐπέμενε γὰρ τῇ πονηρᾷ γνώμῃ, καὶ ἐξελθὼν ἀντὶ φιλήματος προδοσίας εἰργάσατο, μὴ μνησθεὶς τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν προδοσίαν ἐβρίψα τὰ τριάκοντα ἀργύρια, λέγων· Ἡμαρτον παραδόντες αἶμα [394] ἀθῶον. Ὡς τύφλωσις τοῦ δεῖπνου μετέσχε, καὶ τὸν εὐεργέτην παρέδωκε; Καὶ ὁ μὲν Κύριος ἐκὼν τὸ γεγραμμένον ἐπλήρου· Οὐαὶ δὲ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἦλθεν.

ς'. Ἀλλὰ καιρὸς λοιπὸν τῆς φρικτῆς ταύτης καὶ φοβερᾶς τραπέζης προσιέναι. Πάντες τοίνυν μετὰ καθαροῦ συνειδότος προσέλθωμεν· μηδεὶς ἔστω Ἰούδας· ἐνταῦθα ἐπιλυθῆναι τοὺς πλησίον αὐτοῦ, μηδεὶς πονηρὸς, μηδεὶς ἰδὼν ἔχων ἐγκεκρυμμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Πάρεστι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς τὴν τραπέζαν κοσμῶν· οὐ γὰρ ἀνθρωπὸς ἐστὶν ὁ ποιῶν τὰ προκειμένα γενέσθαι σῶμα καὶ αἶμα τοῦ Χριστοῦ. Σχήμα πληρῶν μόνον ἔστηκεν ὁ ἱερεὺς, καὶ δέησιν προσφέρει· ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ δύναμις ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ ἢ πάντα ἐργαζομένη. Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησὶ. Τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκειμένα μεταβρῦθιμίζει. Καὶ καθάπερ ἐκαίνη ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, *Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ῥῆμα ἦν*, καὶ ἐγένετο ἔργον, ἐδυναμοῦσα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς παιδοποιίαν·

οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, διαπαντὸς αὔξει τῇ χάριτι τοὺς ἀξίως μετέχοντας. Μηδεὶς τοίνυν ὑπευλος ἔστω, μηδεὶς πονηρὸς, μηδεὶς ἄρπαξ, μηδεὶς λοιδόρος, μηδεὶς μισοἰδέλης, μηδεὶς φιλάργυρος, μηδεὶς μέθυστος, μηδεὶς πλεονέκτης, μηδεὶς ἀρσενοκοίτης, μηδεὶς φθονερός, μηδεὶς πορνείᾳ δουλεύτω, μηδεὶς κλέπτης, μηδεὶς ἐπίθουλος, ἵνα μὴ κρίμα ἑαυτῷ λήψεται. Καὶ γὰρ τότε ὁ Ἰούδας ἀναξίως μετέσχε τοῦ μυστικοῦ δεῖπνου, καὶ ἐξελθὼν παρέδωκε τὸν Κύριον, ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῖς ἀναξίως μετέχουσι τῶν μυστηρίων, τούτοις μάλιστα συνεχῶς ἐπιπηρᾷ ὁ διάβολος, καὶ εἰς μείζω τιμωρίαν ἑαυτοῦ ἐμβάλλουσι. Ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα φοβήσῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀσφαλεστέρος ποιήσω. Καθάπερ γὰρ σωματικὴ τροφή, ὅταν εἰς γαστέρα χυμοὺς ἔχωσαν πονηρῶς ἐμπέσῃ, πλεῖον ἐπιτείνει τὴν νόσον· οὕτω καὶ ἡ πνευματικὴ τροφή, ὅταν ἀναξίως μετέχεται, πλεον κρίμα ἑαυτῷ σωρεύει. Μηδεὶς τοίνυν πονηροῦς ἔνθεν ἐχέτω λογισμοὺς, παρακαλῶ, ἀλλ' ἐκκαθαρωμέν ἡμῖν τὴν καρδίαν· καὶ γὰρ ναοὶ Θεοῦ ἔσμεν, ἐν καθαρευώμεν. Ἀγνὴν ἡμῶν ποιήσωμεν τὴν ψυχὴν· καὶ γὰρ δυνατόν ἐστι τοῦτο ποιῆσαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ἐὰν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἐξελε τὴν ὀργὴν, λύσον τὴν ἐχθραν, ἵνα λάβῃς; Ὁσπερ ἵαν ἀφέσεως ἀπὸ τῆς τραπέζης. Θυσία προσέρχη φρικτῆ καὶ ἁγία· ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ Χριστός. Ἀλλ' ἐνόησον τίνας ἔνεκεν ἐσφάγη. Ὡς ποίων μυστηρίων ἐστερήθης, Ἰούδα! Χριστὸς ἐκὼν ἔπαθεν, ἵνα λύσῃ τὸ μεστόιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ ἐνώσῃ τὰ κάτω τοῖς ἄνω, ἵνα ἀγγέλων ποιήσῃ κοινῶν ἐχθρῶν ὄντα σε καὶ πολέμιον. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ σου· σὺ δὲ τῷ συνδοῦλῳ μένει· ἐχθραίνων; καὶ πῶς δυνήσῃ βαδίζειν ἐπὶ τὴν τῆς εἰρήνης τράπεζαν; Ὁ Δεσπότης σου οὐ παρητήσατο πάντα ὑπομείναι διὰ σέ, σὺ δὲ οὐδὲ ὀργὴν ἀφιέναι ἀνέχη; Τίνας ἔνεκεν, εἰπέ μοι; Ἡ ἀγάπη ρίζα καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ ἐστὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Ἐπιρέασέ μοι, φησὶ, τὰ μέγιστα, μυρία ἡδίστα μοι, τὸν περὶ τοῦ ζῆν ἐπεκρέμασέ μοι κίνδυνον. Καὶ τί τοῦτο; [395] ἀλλ' οὐδέπω σε ἐσταύρωσε, καθάπερ τὸν Κύριον οἱ Ἰουδαῖοι. Ἐὰν μὴ ἀφῆς τῷ πλησίον σου τὸ ἀδικήμα, οὐδὲ ὁ Πατήρ σου ὁ οὐράνιος ἀφήσει σοὶ τὰ ἁμαρτήματά σου. Ποῖον δὲ συνειδότι ἐρεῖς, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀγισθῆτω τὸ δρομὸν σου, καὶ τὰ ἐξῆς; Ὁμοίως ὁ Χριστὸς καὶ τὸ αἶμα, ὃ ἐξέχευ ἐκεῖνοι, εἰς σωτηρίαν τῶν ἐκχεόντων δέδωκε. Τί τοῦτου ἴσον ἔχεις ποιῆσαι; Ἐὰν μὴ ἀφῆς τῷ ἐχθρῷ, οὐκ ἐκείνον ἠδίκησας, ἀλλὰ σαυτὸν· ἐκείνον μὲν γὰρ πολλάκις εἰς τὸν πῦρ ἔβλαψας, σαυτὸν δὲ ἀσύγνωστον ἐποίησας τὴν τιμωρίαν· εἰς τὴν μέλλουσαν ἡμέραν. Οὐδένα γὰρ οὕτω μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται ὁ Θεός, ὡς μνηστικῶν ἀνθρώπων, ὡς οἰδαίνουσαν καρδίαν καὶ φλεγμαίνουσαν ψυχὴν. Ἄκουσον γοῦν τί φησὶν ὁ Κύριος· Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κακεῖ μνησθήσῃ, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἀφεῖς ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπέλθε πρῶτον καὶ διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου· καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Τί λέγεις, Ἀφήσω ἐκεῖ τὸ δῶρον, ἦγονα τὴν θυσίαν; Ναί, φησὶ· διὰ γὰρ τὴν εἰρήνην τὴν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου καὶ αὐτὴ ἡ θυσία ἐγένετο. Εἰ τοίνυν διὰ τὴν εἰρήνην τὴν εἰς τὸν πλησίον ἡ θυσία ἐστὶ, σὺ δὲ οὐ κατορθοῖς τὴν εἰρήνην, εἰ καὶ μετέχεις τῆς θυσίας, ἀνωφελεῖς σοὶ ἡ μετάληψις γέγονεν ἄνευ τοῦ κατορθώματος τῆς

ειρήνης. Ποίησον τοίνυν εκείνο πρώτον, λέγω δὴ τὴν εἰρήνην, δι' ὅπερ καὶ ἡ θυσία προσενήγεται, καὶ τότε αὐτῆς ἀπολαύσεις καλῶς. Διὰ γὰρ τοῦτο ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα καταλλάξῃ ἡμῶν τὴν φύσιν τῷ Πατρὶ, ὡς ποὺ καὶ Παῦλος φησὶ· *Νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἑαυτῷ τὰ πάντα, διὰ τοῦ σταυροῦ ἀποκτείνας τὴν ἐχθρὰν ἐν αὐτῷ*. Διὰ τοῦτο οὐχὶ αὐτὸς μόνον ἦλθε ποιῶν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς μακαρίζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιῶντας, καὶ ποιεῖ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας κοινωνοὺς. *Μακάριοι γὰρ οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται*. Ὅπερ οὖν ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦτο καὶ σὺ ποίησον κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, εἰρήνης γενόμενος πρόξενος καὶ σαυτῷ καὶ τῷ πλησίον σου. Διὰ τοῦτο καὶ υἱὸν Θεοῦ καλεῖ τὸν εἰρηνοποιόν· διὲ τούτο ἐν τῷ καιρῷ τῆς θυσίας οὐδεμιάς ἐτέρας ἐμνημόνευσε δικαιοσύνης, ἀλλ' ἡ τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταλλαγῆς, δεικνύς, ὅτι πασῶν ἀρετῶν μείζων ἡ ἀγάπη ἐστίν. Ἐβουλόμην μὲν οὖν, ἀγαπητοί, ἐπὶ πλείστον παρατείνειν τὸν λόγον· ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τὰ εἰρημένα τοῖς μετὰ προσοχῆς καὶ συνέσεως δεχομένοις τὸν σπόρον τῆς εὐσεβείας, καὶ προσέχειν ἐθέλουσι τοῖς λεγομένοις. Μνημονεύωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, διαπαντὸς τούτων τῶν ῥημάτων, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἀσπασμοῦ τοῦ πρὸς ἀλλήλους. Οὗτος γὰρ ὁ ἀσπασμὸς συμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ γενέσθαι σῶμα ἐν ἅπαντας, καὶ μέλη Χριστοῦ, ἐπειδὴ καὶ ἐνὸς σώματος μετέχομεν ἅπαντες. Γενώμεθα οὖν κατ' ἀλήθειαν σῶμα ἐν, οὐ τὰ σώματα ἀλλήλοις ἀναφύροντες, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀλλήλαις τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ συνάπτοντες. Οὕτω γὰρ ποιῶντες, θυνησόμεθα μετὰ παύσεως ἀπολαύσαι τῆς προκειμένης τραπέζης, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τῷ τέλει βραδευθείσης εἰρήνης δοχεῖα γενέσθαι. Κἂν γὰρ μυρία ἔχωμεν κατορθώματα, μνη-

σίκαχοι δὲ ὦμεν, πάντα εἰκῆ καὶ μάτην [396] εἰργασάμεθα, καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων εἰς σωτηρίας λόγον καρπώσασθαι θυνησόμεθα. Μέλιων γὰρ ὁ Σωτὴρ ἀνελεῖν πρὸς τὸν Πατέρα, ἀντὶ δόξης προσκαίρου καὶ πλοῦτου μεγάλου ταύτην τοῖς μαθηταῖς κληρονομίαν ἀφίησιν, εἰπὼν· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν*. Ποῖος γὰρ πλοῦτος, ἢ πόση χρημάτων περιουσία γένοιτ' ἂν τιμιωτέρα τῆς εἰρήνης τοῦ Χριστοῦ, τῆς πάντα λόγον καὶ νόον ὑπερεχούσης; Τοῦτο οὖν καὶ ὁ προφῆτης Μαλαχίας εἰδὼς χαλεπὸν εἶναι καὶ ὑπέρογκον τὸ παράπτωμα, ἔλεγεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· *Λαός μου, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος κακίαν ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ πλησίον αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω, καὶ ὄρκον ψευδοῦ μὴ ἀγαπᾶτε· καὶ οὐ μὴ ἀποθνεύετε, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ. λέγει Κύριος*. Ὡς ἂν εἰ μέλλοιτε εἶναι ψεύσταί, μνησίκαχοι, ἐπίορκοι, ἐπιλαθόμενοι τῶν ἐντολῶν μου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἀγαπητοί, πᾶσαν καταλύσωμεν ὀργὴν, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνεύσωμεν, καὶ τὴν βίβαν τῆς κακίας ἐκτίλαντες, καὶ καθάραντες ἡμῶν τὸ συνειδὸς, μετὰ πραότητος καὶ ἐπιεικειᾶς καὶ πολλῆς τῆς εὐλαβείας προσώμεν τῇ μεταλήψει τῶν φρικτῶν τούτων καὶ φοβερῶν μυστηρίων, μὴ ὠθοῦντες καὶ λακτίζοντες, μήτε κτύποις καὶ κραυγαῖς ἐκθιῶντες, ἀλλὰ φόβῳ πολλῷ καὶ τρόμῳ μετὰ κατανύξεως καὶ δακρῶν προσερχόμενοι, ἵνα καὶ ὁ φιλόθρωπος Δεσπότης, ἐποπτεύσας ἡμῶν ἄνωθεν τὴν εἰρηνικὴν κατάστασιν, καὶ τὴν ἀνυπόκριτον ἀγάπην, καὶ τὴν φιλάδελφον κοινωνίαν, καὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐπηγγελμένων πάντας ἡμᾶς ἀξιώσῃ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN HOMILIAM DE COEMETERIO ET DE CRUCE

Hanc homiliam habuit Chrysostomus viginti aut paulo minus diebus antequam de sanctis mulieribus Bernice, Prosdoe, et Domnina concionaretur; ut non dubiis notis colligitur ex initio postremæ hujusce concionis, ubi se ante viginti fere dies de cruce Domini concionatum, multa dixisse ait in hæc verba: *Contrivit portas æneas, et vectes ferreos confregit*: quæ optime conveniunt in hanc *De cœmeterio et de cruce* homiliam. Hinc Græci putantes, festum de Cruce, quod mense Septembri die xiv occurrit, hic a Chrysostomo memorari, festum sanctarum Dominiæ et filiarum viginti postea diebus, quarta videlicet Octobris celebrant; sed perperam: non enim in festo sanctæ Crucis, quæ in Septembrem incidit, quæque nondum illo ævo celebrabatur, hanc habuit homiliam Chrysostomus, sed in die Parasceves, eadem nempe qua crucifixus est Dominus, ut ipse plurimis in locis declarat. Ea vero de re audiendus Tillemontius, pag. 571: *Reliquum igitur est ut credamus festum sanctæ Dominiæ et sociarum Antiochiæ, non quarta Octobris, sed decima quarta Aprilis, qua die notatur in Martyrologio Hieronymi et aliorum, celebratum fuisse. Quod spectat autem ad annum, quo hæc duæ homiliæ habitæ sunt, queritur Chrysostomus, tunc magnum excitari tumultum cum accederetur ad sacram communionem: eademque utitur querimonia in concione de die Natali, anno 386, et in concione de Epiphania, paucis post diebus habitæ, anno 387. Unde fortassis [397] in alterutrius anni sanctam Parasceven hæc homilia conjicienda videatur. Verum*

pacem cum fratre tuo hoc sacrificium factum est. Si igitur propter pacem cum proximo tuo sacrificium offertur, tu vero pacem non recte servas, etiamsi sacrificii particeps sis, inutilis tibi hæc participatio efficitur sine studio servandæ pacis. Illud ergo prius facito, pacem scilicet cura, propter quam sacrificium offertur, et tunc recte illo frueris. Propterea enim Filius Dei venit in mundum, ut naturam nostram Patri reconciliaret, quemadmodum ait Paulus: *Nunc autem reconciliavit sibi omnia (Colos. 1. 22), per crucem interficiens inimicitiam in semetipso (Ephes. 2. 16)*. Ideo non ipse solus venit ut pacem iniret, sed et nos quoque beatos prædicat, si paria faciamus, nosque suæ appellationis consortes efficit. Nam *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur (Matth. 5. 9)*. Quod itaque Christus Filius Dei fecit, id ipsum et tu secundum humanam facultatem facito, pacisque conciliator et tibi sis, et proximo tuo. Ideo filium Dei vocat pacificum: eam ob rem in tempore sacrificii nullum alium memorat justitiæ modum, nisi reconciliationem eum fratre, ostendens caritatem omnium virtutum maximam esse. Volebam sane, dilecti, prolixiorem habere sermonem: verum sufficiunt ea quæ dicta sunt hæc, qui semen pietatis cum attentione et intelligentia suscipiunt, quique dictis animum adhibere volunt. Horum, quæso, verborum semper recordemur, tremendique amplexus, quem mutuo damus. Hæc enim amplexus animas colligat nostras, et omnes unum corpus ac membra Christi efficit: quoniam unius corporis participes sumus omnes. Unum itaque secundum rei veritatem corpus efficiamur omnes, non corpora commiscentes, sed animas mutuo caritatis vinculo colligantes. Si enim ita faciamus, hæc frui mensa cum fiducia et a victore Christo tandem

conciliatæ pacis receptacula fieri poterimus. Etenim si sexcenta bona opera penes nos habeamus, et injuriarum memores simus, omnia frustra et incassum egimus, nihilque inde ad salutem lucrari poterimus. Ascensus enim ad Patrem Christus, loco gloriæ temporanæ et magnarum opum, hæc discipulis hereditatem relinquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis (Joan. 14. 27)*. Quæ divitiæ, quanta pecuniarum copia pretiosior fuerit Christi pace, quæ omne verbum, omnem mentem superat? Hoc itaque cum sciret Malachias propheta, et grave et atrocissimum esse delictum, ex persona Dei dicebat: *Popule meus, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, et unusquisque malitiam in corde suo contra proximum suum non cogitet injuriæ memor: et juramentum mendax ne diligite, et non moriemini domus Israel, dicit Dominus (Zach. 8. 16. 17)*. Ac si diceret, si futuri estis mendaces, injuriarum memores, perjuri, obliviscentes mandata mea, morte moriemini. Hæc igitur omnia scientes, dilecti, omnem solvamus iram, pacem mutuo servemus, avulsæ nequitæ radice purgataque conscientia; cum mansuetudine et modestia magnaque pietate ad horrendorum et terribilium mysteriorum participationem accedamus, non impellentes, non calcibus impetentes, non cum strepitu et clamore vociferantes, sed cum timore et tremore magno, cum compunctione et lacrymis: ut benignus ille Dominus, pacificum animi statum, non simulatam caritatem, et fraterni amoris consortium superne respiciens, et his bonis et promissis nos omnes dignetur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, et una sancto Spiritui, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO.

anno 386 festum sanctæ Dominæ, sive decima quarta dies Aprilis, undecimo post Parasceven, et anno 387 undecimo ante Parasceven die occurrebat. Probabilis ergo referatur in annum 392, quo Pascha celebrabatur vicesima octava Martii, et decima quarta Aprilis occurrebat octodecim diebus post sanctam Parasceven. Imo viginti dies, si vicesimam sextam Martii qua Parasceves, et decimam quartam Aprilis, qua S. Dominæ festum celebrabatur, connumeret.

Illis adjicimus, nos ex admonitione circa tumultum in accedendo ad sacram communionem non multum moveri, ut eam vel in annum 386, vel in annum 387 conjiciamus. Neque enim in homiliis tantum de Natali et de Ephanthia admonitio hujusmodi occurrit, sed etiam in homilia præcedenti *De Judæa proditione*, cujus annum assignare non potuimus. Quid enim incommodi accedat, si ponamus Chrysostomum multis variisque annis, quia par tumultus a populo concitabatur, eadem uti adhortatione opus habuisse? Meliori igitur calculo in annum 392 referamus: etsi non omnis prorsus tollatur dubitandæ causa: nam ut diximus Monito in homiliis *contra Judæos*, Tabulæ paschales, quæ sunt posterioribus sæculis concinnatæ, cum veteribus calculis non concordare facile possunt, iisque non omnino fides est habenda.

Jacobi Gretseri interpretationem Latinam, aliquot in locis castigatam, edidimus.

IN COEMETERII APPELLATIONEM

ET IN CRUCEM DOMINI ET DEI ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRIS'

1. *Cur extra civitatem concio haberetur; cœmeterium unde dictum.* — Sæpe apud animum meum disquisivi, cujus gratia majores nostri, relictis ædibus, quas in urbibus habent, lege lata statuerint, ut extra civitatem hodie, et quidem in hoc loco in concionem conveniremus: neque enim sine causa, neque temere id fecisse videntur. Quocirca et causam indagavi, et cum Dei gratia inveni justam esse, et rationi consentaneam, præsentique festo competentem. Quæ igitur causa est? Crucis memoriam agimus. At crucifixus extra civitatem cruci affixus est: propterea extra civitatem nos eduxerunt. Nam pastorem, inquit, sequuntur oves. Ubi vero rex, ibi et milites; et ubi cadaver, ibi et aquilæ (*Matth. 24. 28*). Sed extra civitatem hanc quidem ob causam (congregamur). Cæterum hanc esse causam, satius fortassis fuerit demonstrare prius ex divinis Scripturis: ne enim existimetis hanc esse conjecturam nostram, Paulum vobis testem do. Quid igitur ille ait de sacrificiis? *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccatis in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra* (*Hebr. 13. 11*). Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, Improperium ejus portantes. Dixit, jussit Paulus; obtemperavimus, exivimus. Extra igitur hac de causa congregamur. At cujus gratia in hoc martyrio, non in alio? Etenim divino munere quocumque ex latere urbs nostra sanctorum reliquiis circummunitur. Cujus igitur gratia hic, non in alio martyrio (a) nos convenire voluerunt majores nostri? Quia hic mortuorum multitudo sita est. Cum igitur hodie Dominus ad mortuos descenderit, ea de causa hic colligimur, ob id ipse etiam locus cœmeterium nominatus est: ut discas, mortuos, et eos qui hic siti, non mortuos, sed somno consopitos esse et dormire. Nam ante Christi adventum mors nomen mortis habebat. *Quacumque, inquit, die comederitis de ligno, morte moriemini* (*Gen. 2. 17*). Et iterum: *Anima quæ pec-*

(a) *Martyrium*, id est, ecclesia martyrum nomine consecrata, vel in qua martyrum ossa deposita sunt. Vox frequens apud scriptores ecclesiasticos. Vide quæ diximus in Editione S. Athanasii in Onomastico. Vide etiam Glossarium Gr. (angli ad vocem *μαρτυριον*).

cat, ipsa morietur (*Ezech. 18. 20*). Et David: *Mors peccatorum mala* (*Psal. 33. 22*): rursus, *Preziosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus* (*Psal. 115. 15*). Et Job, *Mors viro requies* (*Job 3. 23. et 17. 16*). Neque solum mors, sed et infernus vocabatur. Audi Davidem dicentem: *Verumtamen Deus eruet animam meam de manu inferi, cum acceperit me* (*Psal. 48. 16*); et Jacob, *Deducetis senectutem meam cum mœrore ad infernum* (*Gen. 42. 38*). Hæc nomina habebat obitus noster anteactis temporibus: at postquam Christus venit, et pro mundi vita mortem subiit, mors non amplius vocatur mors, sed somnus et dormitio. Dormitionem appellari testantur illa Domini verba: *Lazarus amicus noster dormit* (*Joan. 11. 11*). Non enim dixit, Mortuus est, quamvis revera mortuus esset. Ut vero intelligas nomen dormitionis peregrinum fuisse, considera quomodo hoc audito nomine discipuli turbentur, et dicant: *Domine, si dormit, salvus erit* (*Ibid. v. 12*). Adeo non intellexerant, quid sibi dictum illud voluerit. Iterum Paulus: *Ergo et qui dormierunt, perierunt* (*1. Cor. 15. 18*)? ad quosdam ait. Rursus alibi de defunctis loquens, *Nos, inquit, qui vivimus, non præveniemus eos qui dormierunt* (*1. Thess. 4. 14*). Et alibi: *Surge, qui dormis* (*Ephes. 5. 14*). Et ut ostenderet se de mortuis hoc dicere, addit: *Et exsurge a mortuis*. Vide quomodo ubique mors nominatur somnus: qua de causa et locus cœmeterii, quasi dicas, dormitorii, nomen invenit. Utile enim hoc nomen est, et philosophiæ multæ plenum. Quando igitur huc mortuum ducis, ne ipse te concidas. Non enim ipsum ad mortem, sed ad somnum ducis: sufficit tibi nomen hoc ad calamitatis solatium et levamen. Disce quo ducas; in cœmeterium: et quando ducis; post mortem Christi, postquam nervi mortis excisi sunt: ita ut et a loco, et a tempore multum consolationis percipere possitis. Maxime ad mulieres oratio hæc nobis instituitur, cum sexus hic affectibus magis sit obnoxius, et ad anxietatem desperationemque perquam proclivis. Sed idoneum habes pharmacum mœrori leniendo, nomen loci. Propterea ergo hic congregamur.

2. *Mortem quo pacto Christus devicerit. Infernus thesaurus dicitur.* — Hodie enim omnia inferorum loca

ΕΙΣ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΤΟΥ ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΥ,

Και εις τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

